

Gottlieb Hagen von

**Romano-Germanicus S. Caesar. Maiestatis Nec Non Electorum Statuumque
Imperii Splendor Nebulosum Cassani Consiliarii Regii Somnium dispergens:
Eiusdemq[ue] Romanum Imperium Galliae Regibus hereditarie vendicantis
Errores in Parte 2. Cap. 1. Libri, Ann. 1632. sub titulo La Recherche Des Droits Et
Pretensions du Roy. &c. editi**

Hamburgi: Hamburgi: Ex Bibliopolio Frobeniano: Wernerus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn769356125>

Druck Freier  Zugang



[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn769356125/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769356125/phys_0001)

DFG

X.C. H. 10. 35 a. 8.

Ic - 1112¹⁻⁴.



Ex donatione Willebrandiana

R OMANO - G ERMANICUS
S. CAESAR.
M AJESTATIS
NEC NON ELECTORUM
STATUUMQUE IMPERII
S PLENDOR

Nebulosum C ASSANI Confiliarij

Regij S OMNIUM dispergens : Ejusdemq; Romanum
Imperium Galliæ Regibus hereditariè vendicantis

Errores in Parte 2. Cap. 1. Libri, Ann.

1632. sub titulo

L A RECHERCHE DES DROITS
ET PRETENSIONS du Roy. &c. editi

Commissos perspicue demonstrans.

Auctore

G. V. H. Equite Germano.



H A M B U R G I,

Ex Bibliopolio F ROBENIANO.

Typis H EINRICI WERNERI.

A. C. d^o 15 c XXXV.

ROMANO-GERMANICUS
S. CAESAR.
MAGISTERIIS
NEC NON ELECTORUM
STATUIMOS DE IMPERII
SPLENDOR

Mcquolum Cassiani Consiliarii
Regi Sonnum diphilous; Blasphemus Romani
Imperium Galliarum Regisque Imperiorum Venientis
Ritualium Picti; Cap. I. Thib. Ann.

LA RECERCHE DES DROITS
ET PRESTATIONS DU Royage de la
Comme les franchises et franchises

G. A. H. Edim. Germano.

HAMBURG
Ex Bibliotheca F. R. R. N. A. N. O.
T. V. His Historici Warriner
A. C. d. p. XXXVII

CONTENTA HUIUS

tractatus præcipua hæc sunt:

CAPIT: I.

NUm titulus acquisiti Romani imperij à Cassano in concessione Pontificis constitutus ex propriis ipsius principiis, ac rationibus justus sit, an vitiosus?

CAPIT: II.

An imperatores Romano-Germanici legitimo jure, tituloq;; exclusis Gallis, Imperium Romanum teneant?

Quo titulo, ac jure Carolus Magnus Imperium consequitus sit?

Quòd Carolus Magnus Cæsaream dignitatem non Gallis, sed Germanis acquisiverit.

CAPIT: III.

Falsum esse commonstratur, Germaniam unquam fuisse membrum Galliæ.

Nec minus falsum, Carolum Magnum natione Galum fuisse.

Falsum itidem, Gallos ullo unquam tempore Germaniam armis subegisse.

CAPIT: IV.

An Status Romani Imperij Aristocraticus sit, an verò Monarchicus? ubi simul docetur, quantum errent, qui Electoris Palatini tanquam judicis Imperatoris, potestatem nimium extendunt.

A 2

Capit.

CAPIT: V.

1. Ridiculum esse demonstratur, quod CASSANUS asserit, nisi Gallorum auxilio suffulta fuisset Majestas Imperij, Venetos eam pridem depresso, ubi quædam de Reipublicæ istius belligerationibus recensentur.

CAPIT: VI.

1. Quàm crassè CASSANUS erret de ordine, ac jure Eleitorum Imperij differens.

CAPIT: VII.

1. Crassius ab eodem errari in discursu de statibus Imperij, eorundemque jure, ac jurisdictione superioritatis Imperatoriaæ derogatoria.

2. In Comitiis Imperij summam potestatem penes Imperatorem, non penes status esse demonstratur.

3. De vero statu supremorum Imperij tribunalium, judicij nimirum Imperialis Aulici, & Cameralis, quod est Spiræ, differitur.

CAPIT: VIII.

4. An verum sit, regnum Arelatense ita Galliæ membrum semper fuisse, ut nunquam prout CASSANUS putat ad Imperium Romanum pertinuerit?

CAPIT: IX.

5. Ineptè à CASSANO adstrui probatur, Reges Galliæ dignitate, ac statu Imperatoribus æquales esse.

CAPIT: X.

1. Falsum esse evincitur, quod CASSANUS gloriatur Imperij

perij Electores Regum Galliæ Vasallos Ligios olim fuisse.

Tractatur de materia protectionis, ac fœderum, & an Electoribus, Statibusq; Imperij in legibus Imperij fundamentalibus concessum sit, an verò prohibitum, sece cum extraneis, sine Imperatoris consensu, confœderare?

CAPIT: XI.

Quod Delphino Galliæ perpetuus, & Generalis Imperij Vicarius nequaquam competit.

Dilucidè enucleatur materia de vero supremorum Vicariorum in Imperio i.e. Comitis Palatini, & Electoris Saxoniæ statu ac jure, explosis CASSANI paradoxis, & erroribus.



A 3 GAL-



ALLOS Germaniæ vicinos, & amicos Germanus ego, qui hæc scripsi, amo, & ob singularia isti nationi à Deo concessa tam naturæ, quam studij dona veneror.

Idcirco ne putas, **CASSANE**, odio, ac livore quodam occulto hæc à me concepta, quæ non nisi ipsissimæ veritatis stimulo motus ad subvertendam ex paradoxis Bodini promanantem opinionem tuam notare volui, qua præoccupati Gallorum quorundam animi mordicūs tecum propugnare annituntur, quod

ROMANUM IMPERIUM injustè à Germanis usurpatum **AD GALLOS** jure hereditario pertineat.

Antequam verò insulsum hoc decoctum diluam, hanc opinioni tuæ, sive ut rectius loquar, adulatioñi, oppositam antithesin firmioribus & rationibus, & exemplis sustinebo: quod

ROMANUM IMPERIUM NON AD GALLOS, sed ad Germanos **CAROLI Magni** natione Germani tempore translatum, à Germanica Natione, sine axiomatis sui convulsione, separari non potest.

Inter Populares tuos, **CASSANE**, plures reperiuntur, qui circa Imperij, Regnum, & Rerum publicarum negotia, ac statum graviter hallucinati sunt, quorum non minimi perhibentur **JANUS BODINUS**, & Gregorius Tholosanus, iste ob venenosum calumniandi studium à Cuiacio **ANDIUSSINE BONOPER** anagrammatismum dictus, 18. observ. 38. Hic, nescio qua credulitatis

dulitatis simplicitate UTOPIAM revera credidit, à Thoma Moro persuasus. Sed quia sepultus uterq; & de mortuis, absentibus-
que nil nisi bonum, eos suis sepulcris relinquens ad te iterum
me converto, cujus temeritatem magis, quam vel Bodini impu-
dentiam, vel Tholosani credulitatem miror, quod tale scriptum
in lucem efferre conatus sis, cujus titulo saltem eminus conspecto
exclamationes non rarae auditae sunt, te non modò classicum
periculoso motuum turbini canere, verum etiam invidiam affe-
ctatæ MONARCHIÆ UNIVERSALIS, hactenus contra Hispanos tanto clamore excitatam, in Gallos aperte derivare. Memini 10
quidem ante tuum hoc SOMNIUM in Campaniæ CIVITATE Tricas-
fio, formosissimam quandam puellam Regi congratulando
rhythmcosce accinuisse:

Henry, qui sans effect assiegea la Rochelle,

Eut pour un vain travaille sceptre Polonois.

Grand LOYRS, qui l'avez reduite sous vos lois

Vous serez Empereur, le Ciel vous appelle.

Memini aliam quandam eidem subsequenti carmine adblan-
ditum:

Rupicolum validas quondam Valesius arces

Aggressus frustra sceptra Polona tulit :

Hostibus Oceano pulsis Ludovicus easdem

Ingressus victor, num feret Imperium ?

Verum uterque ideo facilè excusat, tūm quod puellis pro-
bro non vertatur, verborum lenociniis adulari, tūm quod quid-
vis fingere commune sit pictoribus, atq; poëtis. 25

Nec video, cur tanto Regi devotè haud acclament subditi,
eidemq; tanquam piissimo principi faustissima quæq; legitimo
modo consequenda adprecentur: at eundem ex CASSANI prin-
cipiis, ac prætensionibus Imperatorem proclamare nūm hoc me-
dium justitia, an iste modus ratione sufficiatur dispiciemus?

Dum vero hæc scribo, protestor, & Deum omniscium testor

me ne

me ne minimum quidem CHRISTIANISSIMO Regi, Regnoq;
Galliax florentissimo detrectandi vitio exaraturum, spe fretus,
quod CASSANUS in Gallia ausus est contra Germanos non sine
diffamatione adstruere, id mihi in Germania, dulcissima mea pâ-
tria, haud veticum esse subvertere.

Jubet id pietas in Magistratum, amor honoris patriæ requi-
rit, injuriaq; in augustissimos Imperatores Romano- Germanos
exhalatæ gravitas efflagitat, nesileā. Quos enim CASSANUS regni
alieni usurpatores hodié appellat, hos turbidi rebellionum spri-
10 tus cras legitimos esse Magistratus negabunt, perendié Tyrannos
esse murmurabunt, quos vigore principiorum in Gallia recepto-
rum non modò armis concutere, statuq; minuere, verùm etiam
horrendis assasinorum cuniculis subvertere integrum sit subdi-
tis, & cuilibet Ravaillaco permisum.

Ecce quanti momenti sit, & periculi, summo Magistratu à
Deo ordinato quæstionem status moveare, positoq; uno Cassa-
niano inconvenienti in infinita alia præcipitari :

*Il y a grande difference (dit le Cardinal du Peron en l' harangue
faite au tiers estat l' an 1615.) entre les Tyrans d' usurpation, & les Ty-
rans d' administration, qui sont légitimement appellé à la principauté,
mais l' administrent mal. Contre les Tyrans d' usurpation seuls il est per-
mis, de conspirer par embuscades occultes, & clandestines, de les extermini-
ner par toute sorte de voies. &c.*

ERROR PRIMUS CASSANI.

Eto, CASSANE, & relecto libro tuo, quo, uti dictum,
Monarchiam Romani Imperij iniquo usurpationis
titulo (egregia me herculé injuria) ab Imperatoribus
Germanis detineri, eamq; Regibus. Galliax vindicandam
intonas, animadverti, te jus Gallorum hereditarium præ-
cipue in beneficio, ac collatione Pontificis Romani constituere,
sic enim lib. 2. cap. 1 pag. 2, ait:

Les

*Les Chefs de l'Eglise universelle heretiers des Apôtres revestirent leurs (Rois de France) testes de la Couronne Imperiale, & pour conseruer la memoire de ces benefices durables à la posterité rendirent (NB.) l'Empire hereditaire à la Maison de Charle-Magne. Pag. 10. ita pergis: Ce qui faict veoir, que l'Empire n'est à present tenu, que par usurpation sur la couronne de France, & que la couronne Imperiale appertient legitime-
ment aux Rois tres-Chrestiens.*

*Id est: Capita Ecclesiae universalis, Apostolorum successores, insi-
gnierunt eorum (Regum Galliae) capita diadema Imperiali, & in tanti
beneficij memoriam ad posteros etiam propagandam, hereditarium reddi-
derunt familiae Caroli Magni Romanum Imperium.*

*Pag. 10. ita pergis: Unde videre est, imperium in prejudicium Re-
gum Galliae ab aliis usurpari (i. e. injustè sibi arrogari, & detineri). &
Coronam Imperialem de jure ad nullum, nisi ad Regem Christianissimum
pertinere.*

REFUTATIO PRIMI ERRORIS

AD divellendum istud paradoxon sequentia, priusquam ad alia progrediamur, examinabimus:

1. Num allegatus à te acquisiti à Gallis Imperij hereditarij titulus justus sit, an vitiosus?
2. Unde & quo titulo Carolus Magnus imperium asseditus sit?
3. Num illud præcipue Gallis, an verò potius Germanis acquisiverit?

Haud gravatè feres, si non tam operosè argumenta, & histo-
rias ad opinionem tuam refellendam aliundè, quām ex tuis ipsius
passim in libro dispersis principiis, & præsuppositis, common-
strata contradictionum implicatione, conquiram.

Aggregior primum quæsิตum, & recordor, quod libr. 1. cap. 3.
4 pag. 173. ubi de regno Navarræ agis, diserte afferas, titulum regni
istius à Rege Hispaniæ ex concessione Papæ occupati irritum,

B

iniquum

S P L E N D O R S. CÆS. M A I E S T.

iniquum & juri divino, ac humano contrarium esse: Rationem istius iniquitatis in subsequentibus exprimis, quando dicit: lib. 1.
cap. 4. pag: 181. ita scribis:

Inde videre est, quantum erraverint Canonistæ quidam, qui Pontifici & spiritualem, & secularem jurisdictionem tribuunt, exercitium hujus Imperatoribus, Regibusq; saltem ex gratia, & favore Papæ relinquentes, cum ita duo à Deo prorsus distincta regimina confundantur: Si enim Deus dixit Apostolis suis, ne dominarentur, & quod ejus regnum non esset de hoc mundo, quo jure successores Apostolorum contra expressum Dei verbum plus sibi jurisdictionis prætendent? quo jure illi, qui in terra potestatis spiritualis sunt Vicarij, occupabunt regna, disponent (NB.) de sceptris, ordinabunt de diadematibus, & se Dominos, & moderatores totius mundi nominabunt?

Ex his, CASSANE, duo colligo. 1: Si Canonistæ errant, uti
ais, dum politicum Imperatoris regimen ex dispositione, ac favore Pontificis dependere aiunt, quomodo totum Imperium Carolo Magno ex Papæ ordinatione obvenire potuit?

Alterum erat, quod Papæ statum, ac conditionem ita comparatam scribis, ut de regnis disponere, de sceptris ordinare, & se se Moderatorem mundi nominare nequeat. Hinc ita insurgo: Si Papa nullo jure de regnis disponere, ordinare de sceptris, & mundi se se Dominum appellare potest, utiq; Imperium Romanum vel omnino non in Carolum Magnū à Pontifice collatum, vel si concessum est, nullo jure id factum, cum à non Domino dominium alicujus rei acquirere monstrorum sit.

At qui prius dicto loco manifestè asseris. Ergo vides quām vel propria tua confessione fragilis sit, & futile titulus Romani Imperij Regibus Galliæ ex dispositione Leonis à te arrogatus. Ostendo igitur tibi, ex temet ipso, JURE DIVINO, quod etiam lib. 1. cap. 3. pag. 137. & pag. 179. ingeminas, regna secularia nullo modo ad Pontificem pertinere posse, superest, ut concludam: Si nec JURE HUMANO Romanum Imperium unquam ad ipsum devolutū est, quod eò minus ex dicta Leonis dispositione in Gallorum

lorum favorem eruas, quò magis ab istis acquisitionibus abhorremus, quæ nec jure divino, nec humano nituntur.

Tituli juris humani, quibus licetè aliquid adipiscimur, consistunt, uti Bellarminus libro *de summo Pontifice* eos enarrat, vel in lege hereditatis, aut electionis, aut donationis, aut præscriptio-
nis, vel in jure belli. Nullo autem tali titulo Romanum Imperium ullus adeptus est Pontifex: Ergò nec Leo tertius illud ad Gallos hereditariè transferre potuit.

Forsan id Sylvestro Pontifici à Constantino datum dixeris. Ceterum dubito, an saniores, vereq; Catholici istius prætensæ donationis lenociniis assensuri sint, quam tu ipse per ea, quæ pro maximis, principiisq; alibi constitueristi, vi, tractuque consequentiæ funditus subvertis. In jure quippe expressum est, quòd in causis donationum tria hæc inter alia præcipue considerari debeant. 1. Num is qui dedit, dare potuerit. 2. An donatarius talis, ut ipsi potuerit donari? 3. Num res donata sit ejus naturæ, ac conditionis, ut in donationem potuerit cadere? Ultimum hoc, quo ad Imperium Romanum, expressè negas lib. 1. cap. 1 pag. 36. dum Cessionem regni Castiliæ à Ludovico sancto factam omni jure invalidam, & omnino revocabilem existimas, ratione addita, quod scepta, & coronæ sint inalienabiles, verba tua sunt: *Si les biens, & droits dominaulx sont inalienables, combien plus les sceptres, & les coronnes, qui sont pardages de la main de Dieu.*

Ergò ob identitatem rationis nec sceptrum, & Corona Imperij à Constantino cedi potuit Sylvestro, nec oblatam iste, salva conscientia, potuit acceptare. Scribis enim pag. 179. lib. 1. cap. 3. Papæ restrictam potestatem non posse extendi ad temporalem Regum potentiam; addis rationem, quia Salvator mundi adeo abhoruerit à rebus secularibus, ut etiam temporali familiæ hercundæ judicio se se immiscere noluerit, *Lucæ cap. 12.*

Proinde si Christus hereditatis dividendæ negotium ideo, quod temporale esset, subire noluit, utiq; multò minus Apostoli, eorumq; successores integræ Imperij, & regnorum secularium

dominæ ad se devolui, & transferri, salvo Christi mandato, & exemplo, concedere potuerunt: Nam uti specialius pag. 181. argumentaris, cum regnum Christi non sit de hoc mundo, utiq; nec de sceptris ordinare Pontifices, aut mundi (Imperij) Dominos se venditare posse acriter contendis.

Hactenus tuis, CASSANE, principijs, & argumentationibus ideo immoratus sum, non ut ulla quadam occasione legitimam potestatem sedis Divi Petri in dubium vocarem, sed ut ex proprijs tuis axiomatibus, ac præsuppositis errore, & in IMPERATORES Romano-Germanos injuriosæ opinionis tuæ vitia, argumento l. 3. C. de Crimin. sacril. ferè sacrilegia dixerim, detegrem. Quæ licet omnium Civium Romanorum indignationem excitant, risum tamen vix cohibeo, & cachinnum, quando recordor, te in Pontificem Romanum, ejusq; potestatem plus æquo extensam toties in sæpius memorato libro tuo non levi stomachatione invehi, quoties ab eo contra Reges Galliæ in favorem vel Regis Arragoniæ, Hispaniæq; vel alterius cuiusdam principis aliquid actum deprehenditur: In tali casu Papæ officium, vocatiōnem, & potestatem limitibus Ecclesiastici regiminis l. 1. cap. 3. pag. 137. arctissimè circumscribis, ipsius regnum de hoc mundo nec esse, nec esse debere. Eod. lib. cap. 4. pag. 181. asseris, illum de sceptris Regum ordinare & de regnis disponere haud posse; Pag. ead. 181. contendis, Imperatores, Reges, & Magistratus non à Papa ordinari, sed à solo Deo divinitus datos: Pag. 181. acriter defendis, atq; adeò omnem acquisiti regni secularis titulum, qui ex Papæ dispositione dimanat, vitiosum esse non obscure arguis. Verum, quando de Corona Imperiali, & de universo Romano Imperio, atq; adeò de totius mundi dominio Regibus Galliæ à Papa attributo agis, tunc regnum ejus de hoc mundo esse non negas, de sceptris eum disponere posse concedis, limitibus Ecclesiæ potestatem ejus inclusam non urges, Imperatorem Regesq; immediatè non à Deo, sed à Pontifice dependere largiris. Quomodo autem hæc cohærent, ipse perspexeris.

Legi

Legi quidem Philippum pulcrum Bonifacio respondisse:
Scias, nos in temporalibus alicui non subesse, Ecclesiarum va-
cantium collationem ad nos JURE REGIONE pertinere:

Legi itidem, uti Philippus sese in jure regio fundavit, ita
Franciscum secundum Helvetijs patris debita reposcentibus ne-
gasse se soluturum, quod regnum LEGESA LICA ad se delatum
diceret, non hereditate patris Arumaus discurs. Acad. vol. 3. disc. 15.
num. 124.

Philippus in jure regio, Franciscus in lege Salica, nulli vero
Reges unquam in favore Pontificum regni, ac iurium Majesta-
tis titulum fundarunt. Hinc primarium quendam Advocatum
punitum, & loco motum refert Bodinus, qui dixerat, lege Re-
gia imperium à populo in Regem collatum, cum is non à Papa,
nec ab Archiepiscopo Remensi, nec à Populo, sed à solo Deo sce-
ptrum agnoscat, lib. 6. de Republ. cap. 5. pag. mihi 980. licet tu, CASSA-
NE, libro 2. cap. 3. pag. 74. contrarium manifestò exprimas, & in
Monarchia Gallica dispendium, successiones Regum, arbitrio
statuum, populiq; submittas, dum Carolum Lotharingum legi-
timum Regni heredem à Bodino tuo nuncupatum, ab illis cer-
tas ob causas à Corona exclusum, Hugonem vero Capetum
in Regem electum recenses, atq; adeò non minus Bodinum, qui
omne jus Regium Capeti in armis fundatum ait, mendacij argu-
is, quām iniquè miserum istum Advocatum capite minutum
subinfers, qui Imperium Gallorum non immediate à solo Deo,
sed ab humana potestate in Regem translatum defenderat. Ce-
terū isthæc tanquam odiosa cum iure Lotharingorum sepo-
no. Tu vero scire debebas, ac recordari, si Reges probro duxer-
unt, Galliæ regnum Pontifici acceptum ferre, titulum acquisitæ
Maiestatis Cæsareæ tantò minus in Papæ autoritate, ac favore
à te collocandum fuisse, quantò Imperium regno judicatur præ-
cellentius.

Consecrare quidem Imperatores, ijsq; coronando benedi-
cere ab officio Pontificis alienum non est, at (absit sanctissimæ
B 3 sedi

sedi injuria) integras Monarchias de gente in gentem transferre
eo absurdius, quò magis Christus, ejusq; Apostoli (uti loqueris
lib. 1. cap. 3. pag. 136. it. o. 4. pag. 181. cod. l.) ab omni mundano regno,
& utriusq; gladij, ac dominationis secularis fastidio abhorru-
runt.

Probato igitur, & ex proprijs suis rationibus evicto, jus,
titulumq; acquisiti Romani Imperij in Pontificis dispositione
constituere frivolum esse, & in Imperatores injuriosum, alterum
quod annexisti paradoxon, quo Imperatores Romano-Germa-
nos illegitimos esse Imperij usurpatores infrendes, diluendum se-
se exhibet.

ERROR CASSANI SECUNDUS,

Pagina 10. d. lib. 2. cap. 1. ita habet: Ce qui fait veoir, que l' Empi-
15 re n'est à présent tenu, que par usurpation sur la couronne de France, &
que la couronne Imperiale appartient légitimement aux Rois tres-Chrest-
iens. Hoc est: Unde videre est, Imperium in praedictum Regum Gallie
injuste (à Germanis) usurpari, & coronam Imperialem de jure ad nullum
prater Regem Christianissimum pertinere.

20

REFUTATIO.

Ad calumniam tam prægnantem retundendam, gladium,
quo juguleris, ipse subministras: Pagina quippe 15. d. lib. 2. cap.
prim. ita refers: Cum Papa Leo octavus à Berengario diadema Imperia-
le affectante graviter premeretur, Regem Ludovicum ad reprimendam
25 istam tyrannidem in auxilium vocavit: Ille vero (Ludovicus) nimio Nor-
mandia & conquirenda desiderio disstentus, occasionem tam egregiam Imperi-
um recuperandi contempset. Interim Otto Imperator bellum hoc in fa-
vorem Pontificis suscepit, & Berengarium valido exercitu suppressit, in
30 recognitionem ejus facti coronam Imperialem à sancta sede accepit.

Quid ex historia hac tua inferendum, CASSANE? Ex com-
monstrata iteratæ contradictionis implicatione id videbis.

Titu-

Titulis quippe acquisiti Imperij à Pontifice proveniens vel justus est, vel vitiosus. Si vitiosus; Cur igitur, p. 2. c. 1. rei tam lubricæ prætensionem Gallicam superstruis. Si justus est; quare uno loco Germanos Imperij usurpatores appellas, & altero concedis, tantam illis dignitatem à Leone tertio obvenisse? Si verum est, quod pagina 9. scribis, Leonem tertium Pontificem habuisse potestatem diadema Imperiale Regibus Galliarum ob defensionem Ecclesiæ imponendi; necessum est, ut ex propria tua narratione d. pag. 15. inserita largiaris, non ex usurpatione, sed justa ex causa etiam Germanos eandem coronam adeptos esse, cùm nō minus Ottонem ob debellationem Berengarij Tyranni Ecclesiæ hostis, quam propter defensionem Papæ Carolum Magnum Coronam Imperiale à sancta sede accepisse ipse recenseas.

Si regeris, Gallos prius dignitatem hanc à Pontifice acquisire, quibus à Leone octavo non debuisset adimi, & Germanis conferri, Nihil agis. Num de Gallis id verum sit, alias videbimus: hic tantum ex dicta historia tua hoc addo: Si Pontifex Leo tertius ob defensionem sedis Apostolicae ad Gallos Imperium devolut, sequitur, ex qua causa id obtinuerunt Galli, ex eadem etiam illud oportuisse conservari. At defecerunt isti sub Ludovico Rege, uti ipse recenses pag. 15. in utraq; tā acquisitionis, quam conservationis causa, nempe defensione Ecclesiæ. Ergo si, prout putas, propter Ecclesiæ propugnationem Gallis conferre Imperium potuit Leo tertius, utiq; ob denegatam defensionem idem illis adimere jus fuit Leoni octavo, idq; tanto magis, quod non modò ad Ecclesiæ defensionem sese sequenti juramento expresse Carolus Magnus obstrinxit: In nomine Christi, spondeo, atq; polliceor ego N. Imperator coram Deo, & beato Petro Apostolo, me protectorem, & defensorem hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ fore, in omnibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio. Siquidem lib. 4. dæ regn. Ital. Beccan. de primat. Reg. Anglie cap. 8. Verum etiam, cùm tanti & talis beneficij

(con-

(concessi nimirūm Imperij) natura hæc sit, ut ad gratitudinem beneficiariorum, & universos ejus heredes obliget, ob ingratitudinem verò perdatur *Vivius 2. decis. 208. Afflict. decis. 728. n. 1.*

5 Proinde cum nulla gravior censeri queat ingratitudo, & meritorum oblivio, quām quæ cum neglectu, & contemptu benefactoris adeo conjuncta fuit, ut etiam, teipso pag. 15. dicente, Ludovicus, privati commodi ergo, Normandiam potius recuperandam, quām Ecclesiam, & totam Italiam ab extrema subversione, & collapsu protegendam putarit, nemo non facilè perspexerit, si Galli (posito non concessio) à Pontifice ullum aliquod jus in Imperium nauci sunt, illud in Ludovico funditus expirasse.

10 Quod nec tu, CASSANE, inficiaberis, si quod ipse scripsisti accuratius perpenderis: Ais enim, dicto loco, Ludovicum Galliae Regem à Leone octavo ideo in supprias vocatum 1. quod ty- rannide premeretur Pontifex, & quidem, 2, à Berengario corona- nam Imperiale ambiente. Hinc arguo, duplíciter peccasse Ludovicum, primo, uti dixi, in Ecclesiam, cuius advocationem contra juramentum avitum, & naturam gratitudinis neglexit; deinde in ipsam Imperialis dignitatis Coronam, quām quia con-

15 tra dictam Berengarij affectationem, rogante Pontifice, non sus- tinxit, sed potius, priuatæ alicujus provinciæ causa, & Ecclesiam, & Coronam Cæsaream in tanto periculo constitutam contem- psit (quo termino ipse uteris) eamq; misere deseruit, quis ex proprijs suis narratis vel in uno hoc Ludovico omnem omni no-

20 Gallorum prætensionem, si qua unquam fuit, prolsus desisse, Ottонem vero Cæsarem, Ecclesiam, Imperiumq; contra Tyranno- nos, fortiter defendantem legitimo titulo avitam Imperatorię Majestatis gloriam pro Germanis suis magis magisq; constabi- lijssse negaverit? Sic libro I.c. 9. p. 418. Petrum Arragoniæ Regem

25 à Papa Insulæ Sardinie dominio ob ingratitudinem exutum his verbis approbas: *Car comme la seule ingratitudo est suffisante pour ope- rer la revocation d'une donation, bien qu' elle aye este entre ceufs laquelle autrement seroit irrevocable, ainsi par le droit la perte du fief est la peine du vassal*

et vassal ingrat. Eodem Capite pag. 420. scribis, gratitudinem omnium maximam hanc esse, quando aliquis suo benefactori sese ipsum donat. & propriam personam eidem assistendo devovet.

At libro 2.c. 1. pag. 15. hanc gratitudinem Ecclesiæ Imperioq; tempore summae necessitatis à Rege Galliæ exhibitam manifestes. negas. Ergo. Vide qui constrictus hæreas! Quæ de Ottone Imperatore ejusq; in Ecclesiæ & Imperiū meritis dicta sunt, eadē de ipsis antecessoribus Conrado, Heinrico Aucupe, Ottone primo & secundo asserenda, qui non modo justo Electionistitulo, sed etiam fortitudinis invicto robore Imperium suscepimus contra Hunnos, Longobardos, Sarracenos, imo contra ipsos Græcos ita propugnarunt, ut nisi quiescentibus interea Regibus Galliæ, ab exitiali id interitu vindieassent, omnia Christiana Regna in lamentabilem Asiae statum abijssent.

Imperio sub Conrado, & Heinrico Aucupe ab Hungariæ, Slavoniæ, Dalmatiæq; populis, & Obotritarum, ac Vandalorum barbaris crudelissime concusso, tantum absuit, ut Galliæ Rex Carolus, qui tunc regnabat, id conservarit, ut etiam inutilis fuerit & minus idoneus ad subeundum opus tam arduum, ab ipsis Gallis ob inabilitatem CAROLUS SIMPLEX nuncupatus.

Ottonis verò tertij Ecclesiam, & Coronam Imperialem heroicè manutentis tempore, Ludovicus Galliæ Rex omnem & Ecclesiæ & Imperio operam auxiliumq; uti dictum, denegavit, ita ut deficiente in Germania Caroli Magni profapia alter ex memoratis Galliæ Regibus tanquam simplex nimis, & ineptus non valuerit, alter verò non voluerit Imperium liberare, repressis interim virtute, ac sanguine Germanorum tam violentis Barbarorum conatibus.

Vides ergo & ab ipso Carolo Magno, prout infrà fusiūs deducam, Imperium Romanum Germanis acquisitum, ab ejus ne potibus acerrima contentione apud Germanos confirmatum, & extincto Caroli sanguine in Germania, virtute Germanorum contra tyrannos unicè id esse propugnatum. Apage igitur cum rancido

francido tuo usurpationis iniquæ titulo, quo laudatissimos Imperatores Romano-Germanos peculanter obtrectas.

Haec tenus, CASSANE, tuis principijs immoratus progredior ad alias opinioni tuæ opponendas rationes, inter quas primò occurrit examinandum, si non ex facto Pontificis Imperij dignitatem adeptus est,

UNDE IGITUR & QUOMODO

Carolus Magnus ad Coronam Cæsaream pervernerit, & num Gallis, an verò Germanis illam acquisiverit?

Cum de hac quæstione plena librorum plastra circumferantur, ad ea me refero, paucis saltem quæsitum hoc delibabo.

Fata nobis luscis homuncionibus incognita sunt, quæ redundunt.

evergas urbes, Regumq; ruinas
Inq; rogo Cræsum, Priamumq; in littore truncum.

Cum Claudiano vetere poeta de bell. Gild. vers. 44. lamentari possumus,

He mihi, quo Latiae vires, urbisq; potestas Decidit?

At causam scrutari vetitum est,
Cur huc, illucq; ferantur

Instabili mutante rota regna omnia sorte.

Sic etiam in Roniano Imperio contigit, quod primum in Italia sedem habens Orienti ab Occasu imperavit; deinde, sede hac Constantinopolin translata, ab Oriente in loca Occidentalia jura Majestatis, tanquam radios emisit. Tandem occidentale ab orientali separatum à Carolo Magno Franco-Germano justissimas ob causas occupatum est. Cum enim vel neglectu, vel nimia loci distantia male Imperium sub orientalibus Imperatoribus gubernaretur, varijsq; Hunnorum, Gothorum, Longobardorum, ac Saracenorum injurijs, ac crudelibus direptionibus exponeretur, imò ipse Imperator Constantinopolitanus Leo Exarcho suo Eutichio

tichio mandasset, ut in Pontificis, aliorumq; Magistratu^s Italico-
rum suppressionem sese cum Barbaris conjungeret, instinc^tu Ven-
etorum, & Ravennatum Papa Caroli auxilium, & defensionem
imploravit, *Munst. Cosmogr. lib. 2. cap. 143.* qui bellum tam difficile ideò lubentius subiit, quod sua ipsius interesseret, ne Italia Ty-
rannorum crudelitate lacerata, in Germaniam, Galliamq; tan-
dem serperet gangrena:

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. Atq; ita vixit tandem Barbaris, & Imperio à tyrannide liberato, qualem putas, CASSANE, titulum Imperij sanguine, gladioq; restabiliti Divo Carolo tribuendum?

Obtrudis concessionem Pontificis: At, amabo, quidnam
habuit in Imperio Pontifex, quod vel dederit, vel dare potuerit?
Germania, Galliaq; tum antē maximam partem ad Carolū per-
tinebat: Ita verò in Exarchi Constantinopolitani, & Longo-
bardorum potestate erat: *vide Munst. d.lib. 2. cap 143.* quomodo igitur,
quod nec proprio jure Papa habuit, nec ab Imperatoribus
Constantinopolitanis acceperat, sed quod in Barbarorum, alio-
rumq; manibus erat, Carolo dare, & de alieno liberalis esse po-
tuit? Ergò, ne tanto Imperatori, & omnibus Romanis Aquilis in-
juriam tam frivolo, & ridiculi restaurati Imperij titulo inferamus,
fateamur veritatem, & hanc Caroli acquisitionem IN JURE BELLI,
Dei instinc^t, & benedictione, precibusq; hominum suscepiti fundemus:
Hic titulus & verior est, & Cæsareæ Majestati gloriiosior:
Isto modo constituta est Monarchia Assyriaca, Persica, Græca, nec
minus

Sanguine Romanum sibi regnum Carolus olim,

Associat proprio, proprio quoq; sanguine servat.

Sequamur exemplū populi Romani, qui minimè venditavit vel
se, vel Papā Romanū Imperiū in Carolū devoluisse, sed Imperato-
re hoc verè magno quartō Romam profecto, maximis bellis cō-
fectis, in ej⁹ coronatione, præsente Pontifice, acclamavit: Carolo

Augusto, à Deo ordinato (non à Papa, populo vœ Romano) magnō, & pacifico Imperatori! Eginard. Regino lib. 2. Platina in Leone 3. Quæ fausta acclamatio postea anno 1338. tempore Pontificis Benedicti 12. in publicum Imperij decretum relata est, sacrum nimirum Imperium summum esse universi orbis Magistratum, & à nullo nisi à Deo recognosci. Aventin. lib. 8. art. 2. Pultcrè Guntherus lib. 6.

Debita Pontifici faveat reverentia: Regnum (Romanum)
Legibus antiquis, & prisco more regatur,
Cujus ab aeterno tantum collatio REGAE
Provenit, ad proceres electio pertinet.

Ipse, CASSANE, lib. 1. cap. 2. pag. 68. JUS BELLI describis, quod ex omnium Gentium unanimi approbatione omne id victoris sit, quod bello contra hos intentato occupavit, qui titulo violento injustè aliquid usurpabant. Tali autem bello non minimas Imperij occidentalis partes Carolus à Barbaris, præsertim Saracenis, Longobardis & alijs liberavit, & reliquas provincias omnes istorum populorum jugo exemit. Ergo JURE BELLY non alio humano titulo occupatum ipsi cessit Imperium, cuius acquisitionem subinde legitima ἐντελέχεια, quæ erat Imperatorum Constantinopolitanorum assensio, roboravit. Ut enim hos Christianæ tranquillitatis studio, placaret, diversos Legatos alegavit, per quos eorum amicitiam, & pacem sempiternam expectit, quæ post triennium tandem, anno forte 803. hoc pacto constituta, ut deinceps in omne tempus Imperator Carolus ejusq; posteri in Imperio Germanico nomen, titulumq; Romani, & Latinici Imperatoris in occidente, veteriq; Roma gererent: Nicephorus verò, & posteri ejus Imperatores novæ Romæ in oriente audirent, & quod infra Neapolim in Italia est, ad Constantinopolitanum, reliquum ad Romanum pertineret Imperium. Vid. Cranzium lib. 3. Saxon. Cluten. Syllog. rer. quot. th. 4. lit. i.

Stabilito ita Romano Imperio, JURE BELLI, Carolus de eo liberè, prout lubuit, ordinavit, diversasq; provincias ipsi Pontifici, &c

ci, & alijs dono dedit, & distribuit. In Italia, Siciliaq; & alibi plura adhuc à Pontificibus possidentur jura, locisq; illustrioribus annexa privilegia, quorum titulus ad beneficium Caroli retrotrahitur. Insulam quoq; Corsicam à Lucio 2. Papa Genuensib⁹ cum omnibus juribus, prout ea à Carolo Magno acceperant Pontifices venditam refert Munsterus *Cosmogr. in Ital. cap. 171.* Ita ut blasphemia, vel sacrilegium non sit, si dicatur, tantum abesse, quod Imperium à Pontificibus ad modernos Imperatores translatum sit, ut etiam illi terræ vel nil, vel certè parum habeant, quod non ipsi ab Imperatoribus, in primis à Carolo Magno, Ottone, & alijs acceperint, unde etiam titulum acquisitionis possessionum suarum, Imperatorum auctoritate colorare assolent. *Mart. de jurisd. p. r.c. 30. per tot.* Id quod etiam in remonstratione in favorem Jesuitarum anno 1626. Regi Galliæ exhibita prolixius deducitur. *De sorte que les Estats, que les Papes possèdent sont du pur don des princes Catholiques,* refert Mercure François tom. undecimo *Histor. anno 1626. pag. mihi 48.*

Sed revertor ad tenorem dictæ transactionis inter orientalis, occidentalisq; Imperij Cæsares erectæ, in qua nemireris, Imperij non in Gallia, sed in Germania stabiliti expressè mentionem fieri, cum ipsi Pontifices, quibus tu, CASSANE, quicquid pro Regibus Galliæ producis, acceptum refers, tam manifestè fateantur, Imperioriam Majestatem per Carolum Magnum non ad Gallos, sed ad Germanos devenisse, ut clarius quid produci haud queat. Inspice, quæso, *Jus Canonicum & occurret illicò testimonium Innocentij tertij in Cap. venerabilem de Elec.* ubi scribit, *Jus & potestatem eligendi Imperatorem ad principes ab Apostolica fede pervenisse, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli (verba sunt formalia) à Græcis transtulit in Germanos:* *Vide ibid. Bernad. & gloss. in verb. in Germanos. Clemen. Roman. dejur. jur.*

Utor Juris Canonici testimonio non quod nesciam, memoratam in isto Capitulo translationem ab Imperatoribus Regi-

busq; Romanis negari, sed cum sciam, te totum tuum refugium
in auctoritate Pōtificis quæsivisse. Unde quod ab eo, in hoc passu
asseritur, licet alijs haud queat opponi, contra te tamen poterit
vibrari. Si cupis ulteriorem probationem, Imperij gloriam Ger-
manis partam, non Gallis, & apud Germanos ante Heinricos, &
Ottones in ipsa Caroli Magni prosapia tamdiu continuatam, do-
nec posteri ex sanguine Caroli in Germania defecerunt, trutina,
quod nullibi apud historicos reperias, ullos Reges, principesq;
majori Zelo, & fervore dignitatem Imperialem apud solos Ger-
manos retinendam contra Gallos propugnasse, quam ipsos Ca-
roli Magni nepotes; Quorum illi, quibus Gallia, & Italia assigna-
ta erat contra hos, qui Germaniam cum Imperio possidebant,
acriter s̄apius insurrexerunt, sed irrito semper conatu. Inter eos,
qui generosè restiterunt, ambitionemq; ista fortiter repressere,
non postremus fuit Carolus Crassus. Cum enim, mortuo Ludo-
vico Pio, Carolus Caluus ejus patruus Imperium ad Gallos trans-
ferre vellet, obfuit ejus conatui Carolus Crassus dicti Ludovici
ex fratre consanguineo nepos, & penes Germanos illud retinuit.
Clut.d.Syll.th.24.lit.b.

20 Miror, cūm tam perspicua hæc sint, quī fiat, quòd tot para-
doxis rem intricaveris, forsū ex errore nominis FRANCORUM,
item FRANCICI IMPERII hic abusus oritur, cum Francos, &
Gallos pro ijsdem, & Francicum Imperium pro Gallico apud Hi-
storicos accipias. Sed miserè aberras.

25 Quoad Historiographos paulò antiquiores, novimus, quòd
illi sub appellatione Francorum nec Gallos, nec sub regno Fran-
corum simpliciter Galliam denotarint. Francicum enim Im-
perium ita à Franco- Germanis nuncupatum eò virtute Fran-
cum excrevit, ut sub illo Germania, & Gallia tanquam species
30 sub genere comprehendenterentur, prout ex divisione Caroli Magni
inter nepotes facta appareret, qua totum Francorum regnum in
Germanicum, & Gallicum dividebatur, & regnum Arelatense
cum octo Comitatibus suis Germanico regno tributarium fa-
ctum

Etum, Alphons. del Bene de regni Burgundit trans. intan. & Arelat. CLV-
TEN d. loc. lit. k.

ERROR CASSANI TERTIUS.

Pagina Tertia gloriari, Germaniam fuisse membrum Re-
gni Galliæ à Francorum Regibus, cùm habitationem prope flu-
vium SALAM, in Franconia, reliquistent, & in Gallia dominaren-
tur, armis conquisitum.

REFUTATIO TERTII ERRORIS.

Multa certè in paucis lineis accumulas paradoxa : 1. Ger-
maniam fuisse membrum Galliæ. 2. Gallos armis acquisivisse
Germaniam, & eam Galliæ incorporasse, quod per vocabulum,
membrum, innuis.

Malè hæc cohærent : Franci Germani ex Germania in Gal-
liam egressi, expulsis indè Gothis, Vandalis, alijsq; Barbaris,
ibi Monarchiam stabilierunt, Ergò per istud Monarchiæ stabili-
mentum Germania membrum Galliæ factum est. Inverte hoc,
CASSANE, & contextus gravior erit, & ita collige: Gallia acqui-
sita est à Franco-Germanis jure belli : Concedis enim non Gallos
venisse in Germaniam, sed Germanos Rhenum trajicientes ve-
nisse in Galliam, & ibi Monarchiam constituisse. Ergò rectius
dicitur, Galliam à Germanis occupatam Germaniæ adjunctam,
ejusq; membrum fuisse factum, quam vice versa. Omne enim
regnum alteri adjectum non incongruè dicitur, quod recentius
acquisitum : Id quod in hoc passu èo verius est, quod possesto utroq; & Galliæ & Francorum regno, illud tanquam accessorium
ab hoc tanquam principali, velut in honoris, & reverentiæ tesse-
ram nomen Galliæ exuerit, & in FRANCIAE titulum à Franco-
Germanis mutuatum, reverenter mutarit.

Scimus

Scimus in jure communi, ex ipsius naturæ principijs, ordinatum, ut quando aliquis adoptatur, ille in familiam adoptantis transiens, priori abjecto, novum familie adoptatoris nomen sæpius assumat. Quare hoc est quia non modò adoptio naturam sequitur, sed etiam per istam nominis assumptionem non parum solvitur benefactori reverentia debitum.

Sic etiam, cum Franco-Germani sese haud Gallos, nec Francorum regnum Gallorum Imperium denominarint, sed contra; Cum Galli sese Francos appellarent, & Gallia nomen Franciæ accepit, ex hac nominis mutatione, exhibitaq; reverentia prærogativam Germanicæ Nationi acquisitam, & regnum novissimè occupatum antiquiori pæminentiam sub Francorum Regibus merito concessisse statuendum est. Qua nominis impositione nullum stabilitæ alicujus Reipublicæ & prædominantis regiminis evidentius testimonium dari posse ipse d. lib. 3. cap. 3. pag. 66. contendis. Formalia hæc sunt: *Comme on sait que les anciens avaient un grand soing d' imposer leurs noms aux peuples de leurs obéissance , estimans pouvoir avec ceste artifice faire apres leurs morts retenir leur memoire , & la rendre perdurable aux siecle advenir.* Quid clarior, CASSANE mi? Vivat igitur teipso fatente prærogativa fortissimæ Nationis Germanicæ fuci, ac levitatis nesciæ, vigeatq; Francia, quamdiu sese filiam tam caræ matris agnoverit. Exemplis ulterius rationes cumulatae possent roborari, ni à prolixitate abhorrem. Unicum dabo: Galli olim in Græciam cunctentes, & ab Antiocho profligati Bithyniam in Asia occuparunt, quæ ab illis Gallogræcia denominabatur, referente Justino. Angli Daniæ populus (vid. Mercat-Atlant. ad quartam Daniæ tabulam, de Fonia) cum Saxonibus vicinis in Britanniam trajeerunt, & ibi eminentissimam formarunt Monarchiam, Britanniae voce in Angliæ nomen translata. Quis hic non potius dixerit, Bithyniam Gallis, & Britanniam Anglis, quam vel Galliam Bithynis, vel Daniæ Britannis acquisitam: Hinc etiam principes (inter quos Canutus Magnus) utrumq; regnum gubernantes, sese Daniæ, Angliae

gliæq; Reges, præposito semper Daniæ titulo, nominarunt, quod itidem observavit Mercator in Atlant. in princip. ubi de stat. Regni Daniæ differit.

Hic obiter monendum, fictitium esse ac fabulosum, quod Francia nomen à Francone Hectoris Trojanæ filio, qui cū Paride, & Ænea in Galliam venisse dicitur, sortita sit: Longissimo enim tempore post dicti Franconis mortem Galliæ vox primum in Franciæ titulū conversa est, uti rectè deducit Munst. lib. 2. Cos. c. 20.

Prætereo lubens, quæ de primo Galliæ occupatore Pharamundo, nomine, & natione Germano, ejusq; linea possem commemorare, hoc tantum attingam, ab ejus tempore Germano-Francicam nationem adeò Gallis in ipsa Gallia semper prælatam fuisse, ut etiam deficiente Waramundi virtute in Childerico, monstro hominum, nec Pontifex pio voto, nec populus Flectione ad alium, quām Pipinum natione Francum in regem evenendum respexerint, quod nulli, qui non Germanus esset, urgente gratitudine regnum illud deferri posse censerent: Cujus regimen etiam tamdiu apud Franco-Germanos permanxit, donec ab Hugone Capeto sub Gallorum dominium, excluso Carolo Lotharingiæ Duce, Regni herede, armis fuerit redactum. Badin. lib. 4. de Re publ. cap. 1. pag. 541. Munst. Cosmogr. lib. 2. cap. 61.

Hanc Germanorum prærogativam sub ipsijs Francorum Regibus firmatam non parum auget, quod stabilitate Francorum regno, non in Gallia, sed in Germania à Carolo Magno præcipui jurisdictioni Majestatis, & naturalis (NB) affectionis actus exerciti legatur. Aquisgrani in Germania ordinariè habitavit. Munst. Cosmogr. lib. 3. c. 214. ut prima ibidem Imperatoribus Corona imponatur ordinavit. vid. aur. bull. Car. IV. & ibi commentat. idq; ut ab Episcopo Colonensi Germano, nō à Gallo quodam fieret, constituit: gloriam victoriæ. Saxones supplices in gratiam recipiendo. Wormatiæ in Germania in publicis comitijs singulari clementia, illustravit. Cluten Syllog. rer. quot. th. 4. lit. g. Conciliu anno 794 Francofurti, in Germania habendū coegit, in quo Itali, Hispani, Galli com-

Declinatio*n* Recon*c*ord*s* parere

parere habuerunt. In summa, amore patriæ, in Germania vivere, ac mori, vivusq; & mortuus apud Germanos suos esse voluit. Aquisgrani sepultus.

His si Majorū merita addam, quod sub Pharamundo Franco-Germano, ejusq; successoribus Gallia à Gothis, Vandals, Hunnis, & à Romanorū servitute liberata, in florentissimā à Germanis foram reducta, & legibus fundamentalibus rōborata sit, ubi ipsa LEGIS SALICÆ non à SALAGASTO (quod ita lex Salagastica nuncupanda foret) sed prope flumen SALAM promulgatae Etymologia indicat, haud frivolum erit pro summo Germaniæ splendore subsequens argumentum:

Omnis natio merito isti cessit, à qua & Reges, & formam Reipublicæ libertatem, liberationem à Barbaris, legesq; fundamentales atq; adeò sui conservationem accepit.

Atqui ex facta deductione effulget, quod Gallica natio & regio in provinciam, & mancipium à Romanis redacta, & à Gothis, Vandalsq;, ac Saracenis miserè divisa ex Germania Reges, cum Regibus liberationē à servitute Romanorum, Gothorumq; barbarie, Regni formā ac legē fundamentalē sortita, & à præcipuis Regibus tām affectione, quām actu Germanis post habita sit. Ergo Germaniæ, ejusq; nationi, non Galliæ, præminentia sub Francorum Regibus deferenda fuit, & adhuc merito defertur, & per consequens falsum est, Germaniam à Francis devictam ullo aliquo tempore tanquam membrū Galliæ fuisse incorporatam.

Si effugium quæris in bello Clodovei ejusq; victoria à Rege Alemanorum reportata, qua omnes ferè Alemaniae provincias sibi subiecit, repelleris evidentis elenchi partis pro toto demonstratione: Notum enim est, quod tunc temporis Alemania exigua saltem Germaniæ pars fuerit, qua à Clodovei tempore Duxatus titulum sortita Helvetiam tantum, Rhetiam primam, & Sueviā cum paucis conterminantibus regionibus comprehendebat. Alemani verò proprié haud Germani, sed populi septentrionales erant, qui erumpentes in Germaniam cum Suevis se se conjungabant, & labascente Romano Imperio, dictas regiones in primis

Helve-

Helvetiam Romanis eripiebant, dum Francones Galliam invaderent. Hinc Helveriae triumphatorum successores sese Alemaniæ & Sueviæ Duces scriperunt, qui Sueviæ tanquam membra Germaniæ, nomen titulis suis haud inferuissent, si Alemaniæ appellatio-ne tota Germania comprehensa fuisset. *vid. Mercat. Atlant. inscriptio-ne ARGOVIAE.* Distinctam & olim Germanorū & Alemanorū gen-tem fuisse, ex Spartiano etiā evincitur, dū in vita Marij ita scribit: Omnis Alemania, omnisq; Germania cum ceteris quæ adjacent gentibus. Flavius Vopiscus in vita Probi: Testes sunt Franci, invijs strati paludib; testes Germani, & Alemani, longe à Rheni semoti litoribus. Progressu temporis bello Alemani in Helvetiam, uti dictū, erumpentes pulsi, Francis sub Clodoveo cedere coacti sunt.

Proinde qui ex hoc bello Germaniam à Gallis devictam nu-gatur, turpiter in historias veriores peccat, dum Alemanos istos propriè pro Germanis, eorumq; provinciam prototam invincibili Germania accipit, & fortitudinem Francorum contra Alema-nos exercitam, & in sanguine Franco-Germanico radicatam ad solos Gallos detorquet. *De Aleman. vide Munst. Cosmogr. lib. 3. c. 17. &c. 55.* Qualis qualis igitur prætensio ex ista Alemanorum debella-tione resultat, ea non in universos Germanos, sed in Helvetios præcipue vibratur, quos in hoc passu cum Cassano committo.

Quæ probè trutinata cespitantis Bodini argumentum, quod *Method. hist. c. 7.* in scenam producit, haud difficulter subvertunt. Talis verò est hominis conjectura.

Quicunq; natione Gallus, in Gallia natus, lingua quoque moribus, & institutis Gallorum unà cum suis Majoribus educatus, Gallorum armis devictam Germaniam cum Imperio Gallorum coniunctis, is Imperium Romanum in Galliam transtulit, non in Germaniam. Talis fuit Carolus. Ergo, &c.

Si Janus Bodinus unquam meruit, ut per anagrammatif-
mum Andius sine bono à Cujacio vocaretur, certè eo nomine
hac ementita ratiocinatione dignum sele testatus est. Quam
vera sint singula, & universa istius propositionis membra ex præ-

via mea deductione liquet, ad quam lector remissus futilitatem Bodinianam agnosceret, breviter hic structuram tam nobilis mendacij diruam.

Falsum est Carolum natione Gallum fuisse. Ecce quam hic lectori imponat, dum nomen Galli pro Franco supposititiè obtrudit, qua *anægia* incauti subdolosè decipiuntur: quantum enim in historijs FRANCUS à GALLO differat, ex præcedentibus appareat.

Carolus Ingelhemij natus ejusq; Pater Pipinus natione uterq; Germani fuerunt, non Galli: consule Historicos, quos in hoc ferè omnes consentire ait Munst. *Cosmogr.lib.3.cap.19.in Carol. Mag.vid.que infra alleg.*

Falsum est, lingua, moribus, & institutis Gallorum Carolum ita educatum, ut inde sequatur, eum nec Germanicè potuisse loqui, aut ut inde Gallum, non Germanum dici necessum sit. Quæ enim consequentia, Carol^o Gallicæ linguæ scientia fuit imbutus: Ergò Gallus fuit? Meminisse debebat Bodinus, cum & Gallia, & magna Germaniæ pars sub ipsius Imperio contineretur, necessū fuisse, ut utramq; linguam calleret. Hodiè liberi Regum Galliæ interdum linguam Hispanicam addiscunt: filij Regum Angliæ Gallicè informantur, Ergo ne illos Hispanos, hos vero statim Gallos dixeris? Sic ex præscripto Legis Imperij Illustr. Principum, puta Regis Boëmiæ, Comitis Palatini, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandenburgensis, Electorum filij vel heredes & successores, præter Teutonicum idioma sibi naturaliter inditum, in Germanica, Italica, & Slavica linguis instrui jubentur. *Aur.Bull.Caroli IV. tit.26.* Erraveris tamen, si eos vel Italos vel Slavos appelles.

Sed audi in Syllogismo Bodini aliud adhuc monstruosius portentum: Gallorum, inquit, armis, ac legionibus devictam Germaniam cum Gallorū Imperio conjunxit. Ha, Bodine, quorsum hæc tua tām effrenis impudentia? Si in favorem Gallorum mentiri volebas, parcendum erat mortuis, ne figmentum tuum aliquod defunctorum opprobrium tacitè comprehenderet..

Julius quippe Cæsar, incomparabili virtute, & universis Romæ vi-

mæ visticis viribus, Germaniam non ita subegit, quin post eum Augustus tantum difficultatis habuerit, & doloris, ut sub Varo tres uno prælio legiones deletas ferè in furorem actus deploraverit. Mortuo Augusto, Vespasianus, Domitianus, Trajanus, Antoninus pius, Antoninus Comodus, Maximinus, Julianus, Gratus, an-
dus &c. summoperè annixi sunt, ut Germanici vocarentur: Ve-
rūm omnes isti Imperatores vix tantum de fortissima Germania
totius mundi viribus assediti sunt, quantum tu quidem, Bodine,
solis tuis popularibus tribuere ausus, non sine manifesta tanto-
rum Cæsarum calumnia, quod provinciæ debellandæ tantum
impenderint, quæ deinde à Gallis tam subito superata sit.

Germaniam ab ullo unquam Monarcha devictam, ne qui-
dem Romanis tribuendum. Germanos triumphatos, sed nun-
quam victos fuisse, quis Cornelio Tacito *annal. lib. 1.* verius testa-
ri queat? qui Romanos plus cladis ab illis, quam victoriæ repon-
tasse fatetur *lib. de morib. German.* Vinci possunt Germani, sed non
nisi per Germanos, quibus nihil animosus, nihil ad incursum a-
crius, nihil armorum cupidius. *Seneca de ira.*

Certè si populi, lociq; fortissimi naturam vel lusco saltē
perscrutatus fuisset oculo Bodinus, si Germaniæ magnitudinem,
viresq; considerasset, pudori duxisset, tantam potentiam Galliæ
triumpho subjicere; Galliæ, inquam, quam vel unus Germaniæ
Circulus, quorum decem sunt, sui distensione adæquat, castrisq;
& Civitatibus natura, & manu munitissimis, ac superbis alto qua-
si supercilie despicit. Non dicam de Circulo Austriaco, non a-
gam de Bavario, sed & reliquos silentio prætero, unicum sal-
tem Saxonicum inferiorem universa Gallia haud multò infirmi-
orem quilibet ideò facile cōcesserit quod vel solæ civitates Han-
seaticæ in eo sitæ bella à potentissimis Regibus mota non sustine-
re modò, verum etiam proprijs reprimere viribus valeant, unde
fœdus earum Durus de Pascolo non immeritò terribile nominat
lib. d. federib. Inter urbes in isto districtu sitas Lubeca, Hamburg.
Brema, Brunsvicum, Luneburgum, Rostochiū, Wismaria, Mag-

D 3

debur-

deburgum, aliæq; plures quicquid roboris pleræq; Galliæ Civitates præ se ferunt, suo valore ac fortificatione incomparabili facile spernunt, & antecellunt.

Addiderim intrepidè esse in eo Circulo provincias, quæ singulae integras & quidem præcipuas regni Galliæ partes superent. Ducatum Brunovensem cum incorporatis dominijs, quis vel Britanniæ, Normandiæ vècedere ineptiat? Non me Ducatus Megapolitani, vel Holstiæ aut Luneburgi encomijs morabor. Proinde cum ista Germaniæ pars, quæ in decem Circulos distributa, tantam terrarum capacitatem, tantam Urbium frequentiam, tantum robur contineat, quid de universa Natione Germanica, judicandum? Præter dictos decem Circulos integra Helvetia, Hollandia cum vicinis provincijs, Silesia, Borussia, omnes non modò pristino candore, & Germanica fide, sed & lingua, institutis, ac moribus se Germanos gloriantur, adeò si quis aliter eos vel joco saltem appelleret, injuriæ id vertant. Hæc si legeret Bodinus intra Galliæ septa ex Cosmographis Germaniæ magnitudinem dimensus aliter sentiret, nec muscæ Elephantem substerneret.

Quæro ex te, Bodine, dum Germaniâ à Carolo devictam corinisceris, an per synecdochē partis prototo forsitan loquaris? Si Germania Gallorum armis ab eo devicta, utiq; & Franconia, majorq; Norici, amplissimi olim regni, uti & Thuringiæ & tracto Rhenani pars, & Brabantia, aliæq; regiones subiectæ sint, & acquisitæ necessū est. Hoc verò dici non potest, cū istas provincias plerasq; tūm ex Hetani ultimi Ducis Franconiæ sine prole mortui, cū ex paterna hereditate habuerit Pipinus, qui eodē jure eas ad Carolū transmisit, vi. Munst. Cos. l. 2. c. 61. cui adjunge Merc. in Atlant. sub tit. Franc. Ergo legionibus Gallicis Carolus devictam Germaniâ adeptus non est.

Sed clarius adhuc cum homine livido agam. Bellum Caroli in Germania præcipuum fuit, quod contra Saxones, sive populos inferioris Germaniæ, dialecto Saxonica utentes, gessit. Cur verò tam diuturnum triginta annorū labore, & periculū subierit, inspice Historicos, qui unanimiter testantur, cum Saxones à pietate Christiana alieni in Francicos (Bodin⁹ legeret Gallicos licet Franconia

Saxo-

Saxoniæ vicina, Gallia verò plusquā centum milliaribus Gallicis
inde separata sit) fines excursiones facere non destituerunt, tandem
debellatos pacem petiisse, quā Wormatiæ, quæ urbs Vangionum
in Germania est, obtinuerunt. *Joach. Cluten. Sylo. rer. quot th. 4. lit. q.*

Hic consideret lector, & ex circumstantijs ipsis, ne dicā Histori-
corū testimonijs colligat, quomodo hæc quadrent cū Bodini nu-
gis cōparata? Num né verisimilius est, in bello tūm pro Religione,
tū pro defensione Franconiæ, & aliarū Germaniæ provinciarū cō-
tra excursiones Saxonū Ethnicorū suscepto, poti' eorū qui defen-
dendi erāt, armis, quā Gallorū opera usū fuisse Carol. cū hi à Saxonib'
remotissimi lingua planè diversi, & traductu, trāsituq; in loca-
tā longinquā magis impediti, Fraci v. vicini, bellicosī, & quod magis
est à Saxonib' per dictas excursiones irritati in vindictā, & secu-
ritatis stabilimē proclives proprio instinctu aemotu propende-
rint. Ipsi nomina eorum, quorum servitio usus est isthuc in bel-
lo Carolus, hoc significant, à quibus tot adhuc Castra, villæ, oppi-
da in debellatis ab Imperatore provincijs conspicuntur relicta,
quæ nominibus Germanicis ab idiomate gallico prorsus alienis
notata ad victoriosa Caroli M. & Francorum tempora sese refe-
runt. In Germania Romanorum, in Hungaria Scytarum, in Trans-
sylvania Saxonum, Phœnicum in Sicilia, in Gallia, Italiaq; Hunno-
rum, Longobardorum ac Normannorū, in Hispania Gothorum,
ac Maurorum memoria longinquitate temporis haud extingui-
tur, sed numismatibus antiquis, literarū, characterū, ac signorum
cœlationib', varijs ædificiorum, pontium, columnarum, lapidū,
sepulturarum, & armorū generibus, vel ex terra erutis, vel aliter
passim repertis, quotidie adhuc eorum renovatur recordatio; Ita
ut fieri non possit, quin signa indies ab incolis magis magisq; de-
tegenda deprehendantur, quoties regnū, vel provincia à populo
quodā hostiliter invasa victori extraneo paruit: Verum audacter
nugari, regionem aliquam ab alio, quām isto populo subactam,
qui ei victoriæ suæ evidentissima impressit, & reliquit nupñea, id
verò est, cornicis Æsopicæ instar alienis sese plumis ornare.

Quod in Saxonia Carol' per Germanos peregit, id ejus succes-
sores nō minore virtute in vicinorum Obotritarū, Vandalorum

que

que regionibus tentarunt, inter quos Pomeranos, Insulæq; Rugiæ incolas Slavonicè loquentes, suscepta Christiana religione, linguam suam non cum Gallica, sed cum Germanica, qua adhuc utuntur, commutasse refert Mercat. *Atlas. in descript. Pomer. & Rag.*

Hinc nemo tantæ simplicitatis fuerit, ut credat, Gallos in istas regiones armis penetrasse, in quibus Germanicæ fortitudinis memoria tot extunctis urbibus, castris, columnis, sepulchrorum monumentis, cœlacionibus, numismatibus antiquis, imò ipsa denique linguaæ propagatione perpetuò conservatur, istorum vero (Gallorum inquam) recordatio ne ruderibus quidem collapsiалиcujus ædificij, vel sepulturæ testimonio sustineatur.

Finis tandem istius tam cruenti belli Westphalo-Saxonici, Pax nimirum, non in Gallia, sed in Germania, Wormatiæ, successit, ubi in publicis comitijs de pacanda Germania habitis Saxonés tandem submissè pacem impetrarunt.

Ergo, si bellum Caroli omnium nobilissimum, quod contra Saxonés intendit, in Germania inchoatum, propter Germanos, & eorum tranquillitatem continuatum, in Germania in publicis comitijs finitum, hoc est: Si Causa, initio, medio, & fine bello istud mere fuit Germanicum, quis Bodino ejusq; clientibus credat, Gallica potius, quam Germanica fortitudine id consummatum? Præsertim cum Germani vincantur, sed non nisi per Germanos; & Germanica sese natio in tantâ exserat amplitudinem, ut tres, quatorvè reperiantur in ea provinciæ, quæ conjunctim universam Galliam capacitate populiq; frequentia absorbeant.

His autem ne diutius lectorem detineam, non immemor, quod supra perspicuè evictum sit, Galliam Germaniæ, non Germaniam Galliæ adjunctam fuisse, progredior ad paucula de dulcissima Caroli nostri patria memoranda, figmento Bodini, Carolum moribus Gallicis instructum fuisse, breviter diluto. Ignorat id Bodino senior Aventin. lib. 4. qui habitu Germano usum scribit: Germanico idiomate grammaticam eum conscripsisse Cranzius lib. 2. cap. 8. rer. Saxon. & Aventin. d. lib. testantur. Mensibus, & ventis

& ventis indidit nomina Germanica Cuspin. Evangelia germanicas rhythmis edidit Abb. Spanh. & Tritheim. Job. Norderm de jur. principat. concl. 14.

Quoad patriam, ex indicijs non tantum, & circumstantijs cognoscitur, sed apud probatissimos, omniq; fide dignissimos Historiographos quasi ex traduce ejus nativitatis memoria conservata est. De Pipino in Francia Germanica orto non modo testatur Cuspinianus calamo *in vit. Carol.* verum etiam per rationes historiā confirmat, quod tum plurium villarum, & oppidorum ab ipso appellatorum, tum monasteriorum fundationes per diplomata sua, quae adhuc extant, evidenter expressa litera demonstrant.

Carolum vero nostrum Ingelhemij, oppido tribus milibus à Moguntia distante, natum experientissimus Munsterus ab omnibus ferè historicis unanimiter comprobari ait *Cosmogr. lib. 3. cap. 19. in vit. Carol.* In Germania Aquisgrani eum plerumq; habitasse, in Germania mortuum, & sepultum esse supra enarravi.

Hinc sanctum Imperium recte vocatur Romano Germanicum, quod per Carolum Magnum ad Germanos, Deo unico Monarchiarum auctore ita dirigente, JURE BELLI, translatum non min' adhuc nulla humana potestate, sed per electionem legitimam immediatè à Deo dependet, spreta Bellarmini contradictione, qua Reges immediatè à Deo suam habere potestatem negat *lib. de summ. Pontifice C. 7. lib. de translat. Imper. cap. 9.* Cum aut lege hereditatis, aut electionis, aut donationis, aut jure belli succedant, qui sint tituli humani, non divini. Recte enim ad id respondent Doctores nostri, distinguere debuisse Bellarminum inter potestatem immediatè à Deo concessam, & modum eam potestatem acquirendi, qui est humanus: Matthiae Apostoli vocatio procul dubio immediatè à Deo erat, sors tamen interveniebat perinde ut in electione Saulis.

Sed ad te revertor, CASSANE, sperans te Christianissimo Regi
E.

Regi pestilentissimam, & nil nisi perpetua dissidia spirantem opinionem tuam ulterius haud impresturum.

ERROR CASSANI QUARTUS.

Pa gina vigeſima non minori te involuis errori, dum scribis: Depuis que l' Empire fut offe aux François, il tomba en une visible decadance, car il devint plus ſoit un eſtat Aristocratique, que Monarchique.

REFUTATIO.

STATUM ROMANI IMPERIJ MAGIS ARISTOCRATICUM, QUAM MONARCHICUM ESSE PUTAS. DE STATU ROMANI IMPERIJ HIC PROLIXE NON AGAM, CUM PLURIMI EJUS MONARCHICUM AXIOMA GRAVISSIME DEFENDERINT, INTER QUOS MERITO SUMMA LAUDE EVEHITUR EXIMI? JCTUS GOTHOFREDUS DIONISIUS PROFESSOR OLIM GISSLensis, AD QUEM ALIOS

QUE INFINITOS LECTOREM REMITTO.

DEFENDERUNT DOCTORES CALAMO MAJESTATEM CAESAREAM, GLADIO VERÒ IPSE IMPERATOR FERDINANDUS SECUNDUS HODİE ADHUC DEMONSTRAT, QUALIS SIT POTESTAS, QUALIS STATUS IN IMPERIO ROMANO GERMANICO, QUEM SI NEGLIS, CASSANE, TROPHÆA BELLI MANTUANI IN

ITALIA NON ITA PRIDEM GESTI, AB EXERCITU GERMANICO PARTA, SANGUINE VENETORUM, ALIORUMQ; ASPERSA TE, SI PLACET, INFORMABUNT.

EGO HUIC UNICO ARGUMENTO CONTRA BODINUM, IMPERIUM ROMANO-GERMANICUM PASSIM ARRODENTEM ACQUIESCAM: BODINUM, INQUAM, QUEM TANQUAM ORACULUM APOLLinis, UBIQ; FERE SEQUITUS VIDERIS:

SI ILLUD REGNUM, QUOD ALIQUA MODERATIONE TEMPERATUM EST, & LIMITATUM, NON POTES DICI MONARCHICUM, SEQUITUR NULLUM STATUM MONARCHICUM HODİE IN TOTO TERRARUM ORBE REPERIRI; NISI FORTE TYRANNOS, & BARBAROS, QUALES SUNT TURCÆ, & TARTARI PRO

MONARCHIS UNICÈ AGNOSCAS.

ATQUI REPERIUNTUR MONARCHICI STATUS, QUI NON PRORSUS ABSOLUTÆ, SED ALIQUO MODO RESTRICTÆ, & LIMITATÆ POTES TATIS SUNT.

ERGO

Ergò limitatum esse, & aliquo modo restrictum, axiomati
Monarchico non officit.

Minoris probationem si flagitas, consule Lipsium de tripli-
ci Imperij statu differentem: Miscentur, inquit, & remittuntur,
aut intenduntur (formæ Rerum publ.) sed ita, ut propendeat, &
præponderet semper aliqua pars, à qua jure eis nomen: Et recté,
cum à potiori fiat denominatio. Si Lipsius non sufficit, erudiat te
idolum tuum Bodinus, qui in Gallia purissimam, & absolutam
putat dominari Monarchiam, nec tamen Regi quidvis pro libitu
facere fas esse vel unico Francisci primi exemplo demonstrari
poterit. Is enim cum captivus detineretur à Carolo quinto, in-
ter conditiones relaxationis Jus, quod in Artesia, & Hannonia
Galliae Regibus competit, omni prorsus nexus soluit, & Caro-
lo cessit. Hinc colligo:

Aut Franciscus Galliae Rex fuit absolutæ potestatis Monar-
cha, aut ipsius potestas fuit restricta ad leges regni fundamētales.
Si prius est verum, utiq; dictis ipsius pactis, pro libertate redime-
da initis, proceres regni non potuerunt contradicere. Notum
verò est, quod non modo contradixerint, & protestati sint, ve-
rū etiam, quod eorum oppositione ipse Franciscus, libertati re-
stitucus, & ejus filius Heinricus sese contra Carolum roborarint:
Ergò temperatam, & restrictam agnoscere potestatem vel Mo-
narchiam non destruit, vel verè Monarcha Franciscus in Gallia
non fuit, cum monstrorum sit, & absurdum, esse prorsus abso-
lutæ potestatis Monarcham, & pati, ut Status subdit que pa-
cta Regis ex urgentissima (libertatis nimirūm recuperandæ)
causa inita impugnant, ejusq; placita convellant, ita ut illis invi-
tis nec captivus quid promittere, nec relaxatus promissum rati-
ficare, & fidem liberare queat.

Quænam hæc fuerit prorsus absoluta Monarchia, ubi Mo-
narchæ in bello capti tanta non sit facultas, ut aliqua saltē re-
gni provinciali libertatem ipsi vitæ præferendam, sine proce-
rum assensu redimat, aut postliminio reversus promissa ratifica-
tione confirmet? Nonne sic, tempore summæ necessitatis, non

modò regnum, sed quod isto preciosius est, vita nimis ipso,
& libertas Regis in subditorum arbitrio constituetur, si alia con-
ditione victor captivum, in quem, jure belli, vita, necisq; po-
tentiam habet, nolit dimittere?

De bonis Regni sine consilio Parium quicquam alienare
non posse Regem Galliæ usq; adeò tritum est, ut tanquam
regulam id allegent JCti ex Bald. & Hostiens. Jason. in l. debitorum n.
7. C. de pact. Thom. Michaël. de jurisdictionenam. 15, quam alienandi
potestatem ipse restringis d. lib. 2. cap. 5 pag. 155. quando ait: Car
10 bien, que la puissance de nos Rois soit absolument souveraine, neant-
moins, au préjudice de ceste loy (salique) ils nescouroient disposer de leur
couronne. Imò sunt, qui affirment, si Rex Francorum parlamento
contrarium quid mandet, hujus magis, quā illius haberi ratio-
nem Choppin. de legib. Andium &c.

Sed hoc non facio meum, nec inhærebo istis, quæ affatim
hic possent afferri de alijs moderati regiminis Gallicani notis,
quarum non minima hæc est, quod ipse lib. 2. cap. 1. pag. 25. actiones
Regis tanquam invalidas summo fervore impugnas, dum nullas
exemptiones à Rege obtentas valere concludis, item quod LEGE
20 SALICA tam firmiter eum constringi dicis, ut quicquid contra
eam fecerit, invalidum sit, & prorsus omni ratione nullum, d. l.
2. cap. 5. p. g. 155.

Hoc saltem ad subvertendum alterum Bodini cui in
Imperij Romano - Germanici Monarchiam despumantis argu-
25 mentum attingam, ex proprijs Gallorum principijs frivolum
esse, quod de superioritate Electorum, quam & tu, CASSANE,
pag. 20. supra Cæsarem elevas, disseri, & de Comite Palatino
tanquam Imperatoris Judice à pullis Bodinianis inferri so-
let, cum ex quotidianis exemplis appareat, Reges Galliæ non
30 minus præcipuas suas actiones æqua Parlamentorum lanci sub-
mittere, & interdum causa cadere. Gothofred. JCtus Gallus in
l. un. C. ne quis in sua caru. jud. quam olim Imperatores, nulla lege
cogen-

cogente, sed spontaneo motu (ne contra jus quicquam facere velle viderentur) Præfecti palatij, sive Comitis Palatini se se judio subjecere, longaque; id consuetudine, & tandem lege stabili-re voluerunt.

Quod si ex tam honesta Monarchiæ moderatione quicquā contra ejus axioma rectè infertur, sequitur etiam Gallorum regi-men tantum à statu Monarchico abesse, quantum cuilibet Mo-narchiæ derogat, trutinam æquitatis, ac justiciæ in proprijs causis ex honestate admitttere. Hoc autem Regiæ potestati in Gallia haud contrariari diceret Bodinus, si viveret, quare igitur lib. 1. de Republ. cap. 8. judicium Palatini Imperatoriam Majestatem ob-fuscare, & minuere obgannit?

Scire debuisset, quod Justinianus ait: Legibus soluti sumus, tamen legibus vivimus; ut verò sciant subditi, alijq; legibus Imperatores vivere, necessum est, cum ipsæ leges non loquuntur, ut per vivum aliquem, & visibilem judicem id declaretur, adeò ta-men Majestate Imperatoria illæsa, ut olim Cæsares alium nullum pro judice recognoscentes, in propria causa, per proprium con-siliarium, in proprio palatio, haud extra illud, de jure informa-ri voluerint, & informati sibi ipsi potius jus dixisse, quam Palati-num pro vero judice agnovisse perhibeantur.

Et, me hereule, bono isti Bodino cum Gallis quibusdam idem cantantibus, scire fas erat, non statim illi, qui in alterius causa judicat, jurisdictionis quid, & superioritatis assignandum: Multi se subjiciunt aliorum tribunal, quibus nulla ex parte sub-jecti. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 3. num. 18. Ut Poloni o-lim Magdeburgum civitatem Germaniæ. VViechbild art. 11. Vietor de caus. exempt. Imper. Urbes Pomeraniæ Lubecam, Cothm. consil. 5. num. 2. vol. 1. Wesalia Aquisgranum recogno-scabant. Rulant d. cap. 3. Nam qui vult alterius, etiam infe-rioris, notioni se subjicere. l. 1. D. dejudic. l. 28. D. ad Senatus conf.

E 3 Trebell

Trebell. l. r. Cod. de juris d. prorogandoq; jurisdictionem coram nō suo judice litigare potest. Mandoſ. de inhibit: quæſt. 123. n 4. Fachin. conf. 55. n. 20. vol. 1.

Exemplis Imperij notum est, quām arctè hic Judicis palatiū honos, ne extravagetur, restrictus sit. Cum enim sub hujus consuetudinis prætextu Electores ex dictæ honestatis cancellis in quendam judicialis superioritatis excessum erumpere, & Imperatorem Albertum convenire vellent, tantum abfuit, ut se judicio stiterit, ut hoc etiā pro conſpiratione, & rebellione duxerit, illatoq; ipsiſ bello tandem precibus devictus Moguntinum, post etiam alios in gratiā receperit. Vide quos allegat Buxtorfius diſſert. in aur. bull. n. 78. ijsq; adde, quæ infra sub refutatione septimi erroris de Imperatoris sublimitate in Imperio, relata sunt. Relictisigitur ejusmodi objectiuncularum quisquilijs, est Imperator noster Romano-Germanicus, & manebit Monarcha, cui tam diu omnes Imperij status, ac subditi, tanquam summae Monarchiæ Domino hilari voce applaudent, quo usq; Monarchia unius superiorem non recognoscens prædominans Imperium à prudentioribus recte describetur, admisso aliquo ad evitandum ty- rannidis periculum constitutionum fundamentalium temperamento. Pulcrè Tertullianus lib. ad Scapul. Christus, ait, salvum vult totum Imperium Romanum, quo usque seculum stabit. Petr. de Andlo tr. de Rom. Imper. lib. 1. cap. 7. cui perennem felicitatem ad- precans progredior.

25 ERROR CASSANI QUINTUS.

Videamus quid jam profiliat. Pag. 20. ita judicas, CASSANE. N'eust esté, qu'il y a en plusieurs de mesme maison (de France) qui ont relevé la Majesté Imperiale, les Empereurs seroyent maintenant reduits 30 au pieds des Ducs de Venise.

Sensus est: Nisi plures ex Galliæ regno sublevassent & exiſſent Majestatem Imperiale, jam pridem ea ad pedes Ducum Venetorum jaceret prostrata.

REFU-

REFUTATIO.

Bodus homo lividus, & nationi Germanicæ tanta invidia infestus, quanto candore alij Galli, in primis Thuanus eam sinceritatis, constantiæ, fortitudinis, ac grauitatis encomio, super omnes gentes euehunt, vires Imperij extenuando ait, quod Germania non habeat, quod Turcæ ejus agros populanti opponat. Egregius me herclé calumniator!

Tu verò, CASSANE, multò magis Germanorum vires arrodis, dum non Turcæ, Regivé Hispaniæ eas cedere, sed tam imbelles esse garris, ut nisi Gallorū auxilio suffulta ad pedes Nobilis Veneti, quem Duce milli appellant, Majestas Cæsarea deturbata pridē ingemisceret. De potentia Imperij Romano Germani superius egī. Venetorum nervos tanti non æstimo, qui Aquilam constringant.

Te verò, CASSANE, conjuro, ut dicas, quisnam fuerit iste Imperator, cuius vires adeò fuerunt attritæ, ut parum abfuerit, quin sine Gallico auxilio ad pedes sese Venetorum provolverit?

Ego omnium historicorum, quotquot legi, probé recordatus, ne hilum quidem de tanta clade à Venetis accepta reperio. Inter Imperatores Romano Germanicos, qui Italiam armis quasfārunt, præcipui fuerunt Fridericus Barbarossa, Fridericus secundus, Maximilianus primus, Ferdinandus secundus. Nullum istorum novi, qui ad pedes Venetorum declinarit.

Friderici Barbarossæ fortitudo, & invictum robur tantam civilitatem non admittebat, ut putridos civis cuiusdam pedes deoscularetur. Heros erat ille, quem vicini metuebant, Italia tremebat, qui credebat, omne le id tempus perdere.

Quo nihil adjectum Regni proventibus esset

Cæsar ut Cæsar caperet, Romamq; teneret

Angustam nimis Italiam trepidantem fastidiens, & plus ultra de Asia triumpho cogitans in itinere, fluminis voragine, absorptus est.

Si hæc ad palatum non sunt, quid tibi videretur de bello à Friderico

derico secundo in Italia gesto. Hujus facta si respexeris , vix credes , Venetos tam barbaros , & ingratos fuisse , ut Imperatoriam Majestatem ad pedes Ducis sui deprimi paterentur , cum hujus (Ducis Venetorum) filius à Cæsare illo tam altè elevatus sit , ut in littore maris , è turri quadam suspensus , magno honore patibulum evaserit. Munsterus lib. 2. Cosmogr. cap. 105. de Civitat. Mediolan.

Si loqueris de bello , in quo Maximilianus primus Imperator , Rex Galliæ , & Pontifex contra Venetos confœderati erat , meminisse debebas , quod in eo Aquila præ Papa , Galloq; ita unguies exacerbit , ut confectis ferè Venetis nescio qua Zelotypia , invidiacq; à socijs deserta , victoriæ prosecutionem ultrò intermisserit , ad cuius scabellum supplices paulò ante Venetorum legati satis declaraverant , quod pacem humiliter petentes ad Imperatoris pedes non aliam ob causam configissent , quam quod ipsius robur magis , quam vel Gallum vel Pontificem reformidarent ; In quo bello Paulus Jovius in Elog. Illust. viror. sub iconে Donati Venetæ Reipubl. statum penè radicitus convulsum ait.

Ut vetustiora deseram , recentioribus paulisper vacabo , & belli Mantuani anno trigesimo nuper in Italia à Ferdinando secundo Imperatore , contra Regem Galliæ , Venetosq; Ducis Mantuani patronos suscepiti recordabimur , cuj⁹ memoria ecquid tibi insurrit in aurem de potentia Cæsaris ? an exitus istius belli , Urbe Mantua capta & spoliata , & Duce Mantuano ad homagium Imperatori præstandum , & deprecandum humiliter errorem commissum acto , Venetis plus quam semel profligatis , pluribusque eorum castris , & civitatibus occupatis , exercitu Gallico spe & intentione frustrato , lauream fortitudinis Venetorum Ducis imposuit , Ferdinandum verò ad crura ejusdem dispersit ? Si affirmaveris , confundit te recens rerum memoria , si negaveris , ecce , quod Imperatoris vires adhuc tantæ sint , quæ sine Regum Galliæ adminiculo tantulo hosti obviare valeant , & prædominari.

Sed pudet in re tam declivi robur Aquilæ Romanæ altius volan-

volantis extollere, cum particulares reperiantur in Imperio Romano-Germanico familiæ, quas singulas potentia Venetorum, nullo extraneo auxilio suffultas, opponere haud erubescam. Ferdinandus Archidux Austriæ in bello contra Venetos ante viginti & aliquot annos in Foro Julio generosè gesto, non modò fides fortiter propugnans, verum etiam hoste semper superior iuria Domus Austriacæ obroboran commonstravit, quām alienū sit à principibus Germaniæ ad Nobilis sese Veneti calceamenta incurvare.

Transeo vires Domus Bavaricæ, si leo potentiam Saxoniæ, admirationi non exponam reliquas Germaniæ familias: Si canis princeps Imperij potentia est, pudeat te Imperatoris Majestatem tam indignè extenuare.

Fulva Jovis volat alte ales, non arua, sed astra.

Sublimi attingens, pernit declive, volatu.

Fingamus, CASSANE, unum vel alterum Imperatorem infelici successu contra Venetos belligerasse, an idcirco statim Majestatem Imperij, sine suspectis Gallicis, magis expiraturam, & Venetis sese mancipaturā fuisse putas, quam cælo à Carolo V. exercitu Gallicano, & Rege Franciso capto, status Regni Galliæ fuit subversus? Turcico milite ad internectionem usq; superato & Sulthano Bajazete à Tamerlane Tartarorum principe caveæ inclusio, nec unquam relaxato, axioma tamen Imperij Ottomani non illicò in arbitrium victoris Tartari concessit.

Uti nec Romanæ olim Monarchiæ Majestas inde extincta fuit, quod Aurelianus Imperator à Sapore Persarum Rege destabili incarceratione diu emaceratus, & tandem miserè enecatus sit. Scipio Africanus milites in Hispania rebelles ita alloquutus est: Putatisné, me mortuo, etiam Imperium Romanum extinctum, ejusq; potentiam una mecum sepultum iri? Dij avertant, gloriā, statumq; Romanorum in fragili unius hominis corpore terminari. *Livius lib. 28. an. urb. 548.*

Hinc constat, quod ab unius vel alterius Imperatoris infor-

tunio ad ipsius Majestatis Imperij convulsionem concludens, non magis firmam struas machinam, ac si ego à consiliario uno ad totum consilium velim arguientari, & ex erroribus CASSANI, de prudentia totius consilij Regij dubitare.

Miror, quod nonnunquam à principijs Bodinianis totus dependeas, in hoc autem elogio Venetiano prorsus eidem adversis. Ille libro 6. de Republ. cap. n. 569. bestijs Venetos imbellibus, cervis, columbis, & leporibus confert, tu vero illorum laudem in tantam effers potentiam, ut ipsos etiam Imperatores scabeli lum pedum eorum ponas, occulto certè ipsius regni Galliæ probro. Si enim à cervis, leporibusq; Bodinianis Imperator, te judice, potuit vinci, ecce quanto Gallicas vires ludibrio exponas, quibus sæpius Majestas Cæsarea infestari potuit, nunquam frangi. Exempla sunt odiosa. Cautissimus Advocati, & in Regum causis providi necessum est, ne noxiā temerariæ futilitatis posnam incurramus. Sed ulterius tendo.

ERROR CASSANI SEX T U S.

Pagina 21. dict. lib. de statibus Imperij agens in hæc verba scri-
20 bis : Ces Estats sont composés de sept Electeurs ; trois Ecclesiastiques, les Archevêques de Cologne, de Mayence, & de Trèves ; trois seculiers, le Conte Palatin du Rhine, Duc de Saxon, le Marquis de Brandenbourg ; Le Roy de Boheme y est appellé lors, qu'ils ne s'accordent point aux opinions.

Hoc est : status Imperij ex septem Electoribus compositi sunt : Tres Ecclesiastici, Archiepiscopi Colonensis, Mæguntinus, & Trevirensis ; Tres seculares, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxonie, & Marchio Brandenburgensis : Rex Bohemiæ vocatur, quando reliqui sese votis conformare nequeunt.

REFUTATIO.

30 A Calumnijs abhorreo, nec meos populares facilé deprædico. Hoc tamen de Germanis tacere nequeo, vel tirones politices, institutis de Galliæ, aliorumq; Europæ regnum statu discursi-

cursibus id quod res est, saniori judicio attingere, quam tu, C A S-
SANE, de forma regiminis Imperij differis. Tot sunt isthac in
loco errores, quot lineæ, quorum non minimus est, quod status
Imperij numero septem Electorum constare assertis. Si de statibus
Imperij, qui ad comitia conscribi, & ibi comparere solent, id scri-
bis, falsum est: nam non tantum septem Electores, verum etiam
principes, comites, Barones immediati, ac Civitates Imperij, tam
in matricula Imperij, quam communii usi, ac consuetudine sub
 nomine statuum comprehenduntur, qui tres classes in conventu
Imperij generali constituant; Ad primam Electores, ad secundam
principes, comites, & Barones immediati, ad tertiam Civitates
Imperiales pertinent. Vide commentarios, qui de Imperij comi-
tijs extant. Solet nonnunquam Imperator generalem omnium
statuum conjunctionem ex evidenti quadam necessitatis causa
restringere, quando scilicet vel ob motus bellorum civilium, vel
propter subitaneas aliorum hostium irruptiones itinera pericu-
losa, varijsq; hostium, & latronum assultibus exposita sunt, ut sta-
tus universi coire nequeant, vel quando evidens in mora pericu-
lum; hisce similibusq; ex causis Imperator in certa quadam Ci-
vitate Imperiali cum Electoribus nonnunquam convenit, alijs
statibus non vocatis, prout nuper anno 1630 Ratisbonæ obser-
vatum, ubi inter alia prægrandis momenti negotia de pace Itali-
ca, & compositione Gallo-Mantuana, uti etiam de irruptione Re-
gis Sueciæ reprimenda deliberatum. Interdum cum Electoribus
Circulorum Duces, vel omnes, vel quosdam ex ijs, prout è re Im-
perij videtur, conscribi curat, de rebus arduis cum illis delibera-
turus, prout anno 1623. itidem Ratisbonæ actum; in quo con-
ventu inter alia, Electoralis dignitas Comiti Palatino adempta in
Ducem Bavariæ transferebatur.

Ceterum licet cum solis Electoribus nonnunquam consul-
tet Imperator, attamen reliqui status nomen statuum exinde
nec perdunt, nec soli Electores ullo respectu status Imperij
merentur nominari, perinde ut nec tu, nec alij tui collegæ
reputationem consiliariorum ideo amittunt, quod, vobis
exclusis

exclusis, Rex Galliae cum Cardinali, alijsq; primarijs consiliarijs: deliberationes non raro instituat.

Forsitan errorem hunc excusare volueris, & prætendere, quod restrictè de istis statibus loquaris, qui eligendi Imperatoris jus habent, quorum septem sint, qui Electores nominantur. Accepto hoc effugium, quod transeat. Verum nec ita justissimam declinas censuram, cum *pagina 20.* Monarchie Imperiali per nimiam Electorum potestatem derogari confidenter afferas, & hic *pag. 21.* tantam prodas ignorantiam, ut ne quidem scire videaris, qui, quales, & quanti sint Septemviri, cum hic non minus eorum ordinem quam alibi, *d. pag. 20.* potestatem Electoralem confundas. Archiepiscopo Coloniensi primum, Moguntino secundum, Trevirensi tertium locum assignas, cum tamen Moguntino primas deferendas nemo nesciat, nisi qui prorsus Imperij acta ne per transennam quidem conspecta ignoret.

Evolve Auream bullam Caroli IV. Ego hic memoriae tuæ veteribus tantum versiculis succurrant:

Treviris atate, sed rerum proprietate.

Gaudet Agrippina, sed honore Moguntia prima.

Quod & Guntherus Ligurin. lib. 6. sequenti carmine expressit.

ad proceres electio pertinet, in qua.

Præcipuam vocem præsul de jure vetusto

Moguntinus habet.

In quem solum, tanquam Archicancellarium Germaniae, omnia, quæ ad Archivum Imperij spectant, collata sunt.

Regem, ais, Bohemiæ vocari in consilium, quando reliqui status discrepantibus votis separantur. Hic iterum non leviter cespitas. Nam si de consilio statuum universali id refers, fallis lectorem. Licet enim negari non possit, quod regnum Bohemiæ Imperij feudum sit. *Aur. Bull. cap. 7. § fin. cap. 24. §. si ceteros cap. 26. in princ. ordinat. Camera part. 1. tit. 29. Marta Neapol. de Juris. dict. p. 1. cap. 26. n. 66.* tamen reges istius regni ad comitia non vancantur.

ceantur, nec Circulo alicui addicti sunt; atq; adeò nec operas Imperio præstare, neq; gratuita onera ferre solent. Hartm. Maur. de Coronat. Carol. s. Buxtorff. in aur. Bull. cap. 8. th. 88. Bertram. de comitiis Imper. n. 31. Idq; apparet ex Recessu Imperij de anno 1500. rubric. Wie man mit den KÖnigen / &c. Ubi Imperator dicit, se Regem Bohemiæ requisitum, ut ad bellum Turicum velit contribuere.

Sin autem de consilio Electionis, quod nihil commune habet cum comitijs, loqueris, condonandus tibi tanquam extraneo hic error est, cum videam Germanos etiam quosdam in hoc deviare, inter quos præcipui sunt Petrus de Andlo de Imp. Rom. lib. 10 2. cap. 2. Crantzus, lib. 8. Saxon. cap. 5. Melius, & longè verius popularis tuus Thuanus lib. 2. hist. pag. 26. in hæc verba scribit: Nec minus plerisq; subjectum est, quod vulgo itidem jactatur, Regis Bohemiæ partes esse, ut paribus suffragijs interveniat, cum tamē tertium ei in dicenda sententia (nimirū electionis Romani Regis) lo cū nominatim aurea Caroli IV. Bulla attribuat, quod constitutione Ruperti Vicarij, & Rudolphi primi diserté confirmatum Freherus tom. 1. Bohem. pag. 116. & 117. imo & ante auream bullam purum votum semper habuit teste Rebdorff. anno 1314.

Quocirca cum in electione Maximiliani primi Rex Bohemiæ Ladislaus præteritus esset, adeò graviter id tulit, ut pœnam aureæ bullæ acerrimè postularet, & arma minaretur, donec tandem hoc pacto ea res decideretur, Reges nimirū in posterum sub pœna 500. Marcarum auri ne aquam prætereundos, Hartm. Maur. in coronat. Caroli V. pacti istius tenorem exhibet Goldastus tom. 2. constit. Imp. pag. 178. Atq; hæc de Electorali collegio pro informatione adducta hac vice æqui boni q; consule. Ut prolixior sim novi erroris refellendi desiderium vetat.

ERROR CASSANI SEPTIMUS.

Eadem pagina (20.) addis: Il y a en outre trois cens princes, ou Députés des villes Imperiales, qui entrent aux Estats avec puissance souveraine,

veraine, ayant le pouvoir de faire la paix, & de decerner la guerre, & de juger mesmes les appellations des Decrets de l'Empereur, lesquelles devoluent par devant eux.

Hæc latiné ita se habent : Praeter Electores adhuc trecenti principes, vel deputati civitatum Imperialium sunt, qui in consilium sese cum supra potestate conferunt, facultatem habentes & pacem faciendi, & bellum decernendi, uti etiam judicandi de sententijs Imperatoris per modum appellationis ad eos devolutis.

REFUTATIO.

Mira hæc est rerum, ac consiliorum confusio. Nullus unquam conventus, in quo ita, uti tu scribis, de Imperij negotijs, excluso Imperatore, tractetur, in rerū natura fuit, nec forsitan post hac reperietur : Imò omnis ejusmodi tractandi modus, ac conventionis publicis Imperij constitutionibus ad aves Astropianis relegatur, adeò ut ad congregaciones etiam solis Electoribus specialiter pro salute imperij, & sublimi Cæsaris respectu conservando indultas, *aar. bull. Carol. 4. tit. 12. quas Ferdinandus I. anno 1558. confirmavit*, nonnunquam suos mittere soleat Imperator Legatos, prout Dominum ViceCancellarium Imperij, Baronem de Stralendorff, Patronum meum ad diætam Electoralem Mulhusianam anno 1627. amandatum, & per Electores extra sessiones, sedulò cum ipso communicatum memini.

Quid per hanc *āmēias* velis scire aveo, qua principes cum legatis civitatum confundis. Quot status in Imperio sint, & ad comitia vocentur matricula Imperij in archivo Moguntino reservata designat; non examinabo, an trecenti sint, uti dicas, cum eorum numerum non ita definitum esse cum Thuano, Galloru peritissimo, planè putem *lib. 2. Histor. Thuan.* sed reliquos errores hic detegam, ad quorum reformationem à comitijs Imperij exordiar. In illis principes, & civitatum Legati, quos confusè commisces, in eodem statu, & conditione constituti non sunt : Tres n. diversæ classes numerantur, uti dictum, quarum prima Electorum,

rūm, altera Principum, & Comitum immediatorum, ultima Civitatum est. Si generatim de omnibus istis classib[us] quāritur, an supremam in comitijs, & quidem in ejusmodi causis, quas tu commemoras, potestatem habeant, tantum abest ut rem acutigeris, ut ne quidem de causis justitiae per modum appellationis eō devolutis unquam ordinarie in publico & universali Imperij conventu tractetur.

Cæsar est, qui comitia cogit de quo pulcrè Aemilianus:

Maximus hic Cæsar solito de more vocavit

Concilium magnis quoties de rebus habetur

Qua gensturritam ——— possidet urbem

& quidem per modum mandati statibus imperat, ut compareant, & isti per humilimum obsequium adesse, vel legatos mittente tenentur; adeò ut Arnisæus lib. 2. de jur. Majest. cap. 4. n. 16. jus comitiorum ad jurisdictionis Cæsareæ classem pertinere p[ro]tinet.

Cæsar est, qui solus proponendi jus habet, non status; quod prædominantis Monarchia in Imperio immotum esse argumentum ideo recte notavit Bertramus *de comit. n. 65.* cum in illis Rebus publicis, ubi aristocracia regnat, non consultandi tantum, sed etiam proponendi potestas penes ordines sit, ceu de comitijs Polonice refert Joh. Boterius *in theatro princip. tit. Rex. Polon.*

Cæsar deniq[ue] est, cui ordines Imperij causas, in quibus inter se controv[er]tunt dijudicandas humilime deferunt, & submittunt, prout exactis Imperij, statuumq[ue] supplicatione Anno 1576. Ratisbonæ Imperatori exhibita videre est, in qua sequentibus formalibus jurisdictionem, & Majestatis Cæsareæ culmen proceres venerati sunt: Invictissime Cæsar, petimus, ut vestra Majestas in causis salutem Imperij concernentibus non unius, vel alteri partis consensum, vel approbationem expectet, sed (NB.) pro authoritate fastigij, & muneris Imperatorij ex officio procedat, & omne id sententia sua decernat, quod alias partis contumacis, & tergiversantis culpa sub lite hærere posset. Addantur ex Bertr. quid styli ac juris sit quando Electores, & principes discrepant &c.

Quor.

Quorsum hæc, CASSANE? non est prudentis dicere non putaram! Hæc evincunt, Imperatorem comitia mandato cogere, Imperatorem proponere, Imperatorem ex autoritate fastigii Imperatorij in causis statuum publicis judicare; Tu verò dicas principes, vel Legatos Civitatum (quæ tua formalia sunt) in consilium sese cum supraena potestate conferre, de pace, & bello pro arbitrio disponere, & in causis appellationum à decretis Imperatoris interpositarum decernere. Vide amabo quid dixeris? quæ ignorantia eò crassior est, quod in effectu ne quidem suffragij Jus, multò minus tām excessivam in comitijs judicandi, ac decernendi potestatem habeant Civitates, eorumq; Legati. *Pecucrus in complem. Chron. lib. i. Orator Reipubl. Venet de aul. & regno Imp. Rom. apud Philipp. Honor. pag. 55.* Cum enim Electores, principes quæ sententiam prius dicant, evenit, ut dicente Tacito 4. annal. ob authoritatem, qua pollut, reliquis assentiendi necessitatem faciant. *Althus. polit. cap. 33. n. 76.* Imò Imperator pro authoritate jubere potest, ut civitates reliquorum sententiæ calculum adjiciant, quemadmodum in comitijs Ratisbonensibus anno 1471. id factum constat ex actis, quorum mentionem facit Bertramus de comit. n. 46. sub fin.

Animadvertis igitur, quām pericolosum sit, esse lingua, calamoq; nimis audacem, & temerarium. Advocatum te esse ex titulo libri tui perspexi; Unde magis miror, quod tam imprudenter in Imperium irrueris, nec de ejus judicijs, locisq; ubi causæ justitiae, tām in prima, quām secunda, sive appellationis instantia ventilari soleant, te informaveris. Quæ negligentia eò minus excusari potest, cum de judicijs Imperij, eorumq; praxi tām eruditè & prolixè Gaiilius, Mynsingerus, Friderus Mindanus, Christophorus Schwanmannus, omnium Advocatorum Patroni scripserint, uteos Jcti Germani colant, Itali admirantur, & Hispani summa laude deprædicent. Quām Menochius Italus Gailum evehat, vide ipsius Consilium 202. n. 159. Quām eundem veneretur Tesaurus ex ipsius decis. Pedemont. 16. n. 11. &c. apparent. Quantu[m] eundem

eundem faciat Joh. del Castello JCtus Hispanus, tractatus ejus de usufruct. cap. 2. n. 18. commonstrat. Ex Gallis solus CASSANUS est, qui tantos Authores videtur ignorare.

Hos, inquam, Doctores si vel conspexisses saltem, statim dicisses, quorū causæ appellationum pertineant, & quod in illis nec principibus, nec Civitatum legatis tanta, uti tu recenses, potestas competat.

Imperij summa tribunalia duo sunt; unum Spiræ est, quod appellatur judicium Cameræ Imperiale. Alterum est in aula Cæsarea, & vocatur judicium Imperiale aulicum; Hæc duo Judicia concurrentem habent jurisdictionem, quæ ex præventione fundatur, idq; in omnibus causis obtinet, exceptis ijs, quæ feuda Imperij regalia concernunt, quas non Camera, sed solus Imperator in judicio aulico discernit.

Non agam de processibus in utraq; instantia inibi ventilandis: Omnia decreta in utroq; judicio sub nomine Imperatoris emanant. A sententijs in aula Cæsarea latis, nulla usquam est appellatio. Tametsi enim à Cæsare malè informato, ad melius informandum appellare nonnulli cautelosé tentarunt, repulsam tamen communis statuum voto passos esse Gaius lib. 1. observat. Cam. 155. n. 7. testatur.

A sententijs in Camera Imperiali publicatis, illi qui se gravatum putat, ad Revisionis beneficium per modum supplicationis convolare licet, Gail. dict. lib. 1. obs. 154 & 155. formam procedendi præscribit ordinatio Cameræ part. 3. tit. 53. §. 2. sub titulo de Revisione acto.

Hoc Revisionis judicium unicum in toto Romano Imperio est, in quo decreta, nomine Imperatoris, Spiræ publicata examinantur, & nonnunquam retractantur.

Proinde, si errorem tuum, hoc revisorio tribunali purgare velis, in cassum laboras; Tum, 1. quod in eo nunquam de pacis cum hostibus facienda belliq; inferendi negotijs tractetur; tum, 2. quod supremam in eo potestatem ne quidem ipsi Elegatores

SPLENDOR S. CÆS. MAIEST.

49. Etates, ac principes, multò igitur minus Civitatum legati sibi unquam arrogarint.

5. Revisioni quippe semper ipsius Cæsar is corñissarij cum duobus Electoribus, duobus itidem Imperij principibus, altero Ecclesiastico, altero seculari, prælatorum porrò, comitumq; & Civitatum singularum singulis legatis intersunt, qui ita congregantur, ut summa authoritas Cæsari semper, & ubiq; sarta, rectaque remaneat. vid. Schuyvanman. lib. 1. cap. 75. de process. cameral. n. 1.
6. Denais jur. cam. cap. 271. §. 1. Quamenim supremæ potestatis præminentiam Imperator in judicio Camerali habuit, eadem ipsi in Revisionis processu, præsentibus Cæsaris deputatis, summa veneratione defertur, & reservatur, nec unquam censoræ civitatū, separato quodam jurisdictionis exercitio ejus sententiae, & decreta exponuntur. Unde Gailius dict. lib. 1. obs. 155.
10. tradit, si quis à sententia Revisionis Cameralis, à Revisoribus ad Cæsarem, & status Imperij iterum provocare velit, non esse admissendum: quia esset ab ijsdem ad eosdem provocare, & revisionem revisionis petere, contra textum in cap. Romana. de appellat. in 6. Ecce quām nimia statibus, & civicibus Imperij à te contributa authoritas in fumos abeat, & favillas, eam post hac in Utopia Mori facilius quam in Imperio Romano-Germanico inveneris. Pergamus.

ERROR CASSANI OCTAVUS.

Dicto lib. 2. pag. 22. novæ contradictionis refellendæ non 25 parvum exhibet argumentum, dum ita scribis: *Le Royaume d' Arles a esté de tout temps un encien membre du royaume de France, n^o ayant jamais esté du domaine de l' Empire.*

Hoc est: Regnum Arelatense omni tempore antiquum regni Franciæ membrum fuit, nunquam verò ad Imperij dominium pertinuit.

REFUTATIO.

Difficile tibi erit, CASSANE, contra sequentem stimulum calcitrare, & argumenti nodum solvere.

Cujus

Cujus regni Imperator, & status Imperij nunquam fuerunt
Domini, id est a Rex Francie ab illis valido juris contractu emere
non potuit, per vulg. juris.

At Rex Philippus Valesius regnum Arelatense ab Henrico
Imperatore emit, uti scribis pagina 21. in quem contractum status
Imperij consensisse ibidem narras.

Ergo vel Imperator fuit Dominus regni Arelatensis, quod
pag. 22. negas, vel contractus Philippi Valesij fuit ipso jure nullus,
quem tamen sequenti pag. 22. validissimum esse propugnas. Mi-
norem lib. 2. cap. 1. d. pag. 21. ex proprijs suis formalibus desumpsi, 10
quaes ita habent: *le Roy Philippe acheta le Royaume d'Arles de Henry*
Empereur moyennant trois cens mille marcs d'argent, & cet achat fut
confirmé & approuué par les Estats de l' Empire, sans qu'on puisse alle-
guer, que le domaine de l' Empire est inalienable &c.

Quomodo ex hoc contradictionis labyrintho te extrices,
non video: Forsan dixeris, sensum verborum tuorum hunc esse,
ut, non obstante ejusmodi contractu, in factio negetur Regnum
Arelatense unquam Imperio subfuisse. Verum & sic historiae
te convincunt, rationes confundunt. Commonstratum quip-
pe est ipsam Galliam non modò sub Romanis, & Constantinopo-
litanis, sed etiam sub Romano-Germanis Cæsaribus Imperio
subjectam paruisse, an igitur pudori ducis de Regno Arelatensi
idem asleverare? Vide Alphonsum del Bene de regn. Burg. trans int.
& Arelat. Noli in re tam manifesta hæsitare, & si quid dubij hæ-
ret, id ea quæ sub refutatione primi, secundi & undecimi erroris 25
continentur facile dispellent. Quæ consule. Ego
ad alia propero.

G 2 ERROR

ERROR CASSANI NONUS.

Eodem lib. 2. cap. 1. pag. 22. in hunc jactationis excessum erumpis : *Les Rois de France sont égaux aux Empereurs comme ne reconnoissons sur eux rien de plus grand, que Dieu.*

Paulo post addis : *Un celebre autheur, pour montrer l'egalité, qui est entre le Roy, & l'Empereur rapporte, qu'on auoit vu Charles 7. se trouvant avec l'Empereur ne luy ceder point le rang, mais qu'ils alloient de pair sans que l'un marchat avant l'autre. Ceulx mesmes, qui ont voulu attribuer une superiorité à l'Empereur sur les Rois, ont excepté les Rois de France.*

Summa istius erroris hæc est : Reges Galliæ dignitate pares sunt Imperatoribus, utpote neminem præter Deum superiorem recognoscentes ; unde celebris quidam Author recenset *Catalogum septimum Imperatori, apud quem erat, præcedentiam ita non concessisse, ut unus præiret, alter verò sequeretur* : Et illi ipsi, qui attribuerunt Imperatori superioritatem in reliquos Reges, excepérunt Reges Galliæ.

REFUTATIO,

Ridicula planè est hæc consequentia : Reges Galliæ nullum præter Deum superiorem recognoscunt : Ergò Imperatori dignitate sunt pares. Nec Dux Muscoviaæ, nec Tartarorum Chamus, nec Senatus Venetorum ullum in mundo superiorem recognoscunt. Ideoné verò vel Imperatori, vel Regi saltem Galliæ eos reputatione & dignitatis sublimitate comparandas dixeris ?

Uti nec hoc sequitur : Illi authores, qui attribuerunt Imperatori superioritatem, excepérunt Reges Galliæ : Ergò ijdem statuerunt Imperatorem dignitate status Regibus Galliæ non esse superiorem : Miserè enim hic jus superioritatis, & jurisdictio-
nis (de quo Authores illi loquuntur) cum superioritate dignita-
tis vel status (de qua nos agimus) confundis.

Conce-

Concedo cum istis Doctoribus ab annis sexcentis Imperatores in Galliae Reges nullam jurisdictionis superioritatem exercuisse; At Imperatorem eam ob causam statu, ac dignitate Regi non præcellere, sed æqualem esse, id verò tam crassum esse, ut manu à quovis tirone palpari queat, & allatum de Muscovita, Tartaroq; exemplum demonstrat, & leges, earumq; Interpretes, quorum authoritate te munire voluisti, prorsus tibi contrarij evincunt, dum unanimiter tradunt, licet Rex Galliae, alijq; plures sese ab Imperio exemerint, ita ut Imperator hodiè in illos jus superioritatis non habeat, hunc tamen super omnes Reges evenendum, tanquam mundi Dominum universalem, adeò ut eum, qui Cæsarem non esse Dominum, & Monarcham totius orbis ausit dicere, tanquam hæreticum abominentur l. si duas §. grammatici n. 2. D. de excus. tut. Barth. Alciat. in lib. de formul. Rom. Imper. Tholosan. de Republ. lib. 7. cap. 15. Bald. conf. 359. lib. 3. &c.

15

Tui ipsius memor esse debebas, CASSANE, cum hanc dignitatis æqualitatem investigares. Dum enim pagina 22. isthac ad æquatione superbis oblitus videris quæ pag. 1. statim sub initium scripseras, quorum formalia apponam: *La Monarchie de France, &c. apres s' estre rendue maîtresse de Nations, & auoir subjugué presque toute l' Europe, estoit si fleurissante, que pour la promouvoir au plus haut faîte de grandeur, il ne luy manquoit, que d'evoir unier sa coronne à celle de l' Empire.*

Paulo post, pag. 2. sub jungis: *Que leurs puissance Imperiale reconnue dans ceste auguste ville de Rome par cest accroissement d'honneur fut le premier appuy de l'Egglise.*

Sensus eorum est: Monarchia Franciæ, subjugatis ferè omnibus Europæ populis, usq; adeò florebat, ut ad assequendum supremum dignitatis fastigium nihil deesset, quam ut ejus corona cum diademate Imperiali conjungeretur, ut ejusdem potentia, Imperialis Romæ recognita, tanto honoris augmento primaria, sive præcipua Ecclesiæ basis esset, & columnæ. Ex istis principijs ita concludo:

G 3

Cuicun-

2170.1

SPLendor S. CÆS. MAIEST.

Cuicunq; Regi corona Imperiali destituto supremum dignitatis fastigium defuit, is æqualem cum Imperatore præminentiam sibi attribuere non potuit.

Atqui tu, CASSANE, fateris dict. pag. 1. & 2. subjugatis Europæ populis ad assequendum supremum dignitatis fastigium Regi Galliæ adhuc defuisse coronam Imperij.

Ergò Rex, quatenus Rex, ante illam Coronæ adeptionem Imperatori non fuit æqualis.

Quam consequentiam eò minus negaveris, quod ulterius, 10 pag. 2. totidem verbis fatearis, Regibus Galliæ per coronam Imperiale tantum honoris incrementum accessisse, ut inde primariae columnæ Ecclesiæ facti sint. Ergò si antea, quatenus Reges, primaria Ecclesiæ fulcra non fuerunt, utique nec Imperatoribus comparari potuerunt.

15 Hæc licet evidenter disparitatem status Imperatorij, & Gallo-Regij declarant, facere tamen non possum, quin ulterius exte quæram, An Regia dignitas per se, & quatenus talis, æqualis sit Imperatoria? Si affirmaveris, sequitur, non modò Galliæ, sed universim omnes Reges Imperatori dignitate pares esse; Id verò 20 quam absurdum sit comperiemus, si antiquos Romanorum Imperatores, eorumq; Reges respiciamus. Utrumq; illi statum & Cæsareum, & Regium experti sunt. Ecquid verò apud eos tanti Tarquinios Reges unquam æstimatós, quam Cæsarem Imperatorem, & succedentes Augustos reputatos dixeris? Non puto.

25 Sin exceperis, hunc paritatis honorem, præ reliquis, soli Regi Galliæ deberi, confundit te argumentum supra allatum, cui ad retundendam tam insolentē arrogantiam id quod sequitur addendum putavi:

Quæcunq; dignitas in nullo Juris titulo, quo legitimè aliquid 30 acquiritur, fundata est, ea non tam dignitas, quam arrogancia, & ambitiosa usurpatio dicenda est.

Atqui prætensa dignitas Casianiana, qua reges Galliæ Imperatoribus adæquat, in nullo ejusmodi titulo fundata est. Ergò &c,

Circa Minorem sciendum, quod tituli isti præcipue sint vel

1. Juris

1. Juris divini, 2. vel gentium, aut consuetudinis universalis, 3. vel Juris Civilis. Quod verò nullo ejusmodi titulo dicta prætensio suffulciatur, ordine examinabimus.

In JURE DIVINO nihil legimus de honore Regibus Galliæ exhibendo specialiter mandatum, qui cquid enim de Regum honoratione tradit, S. S. scriptura, id omnibus Regibus applicari potest: Tu verò prætendis, Regibus Galliæ plus, quam reliquis deberi. De Imperatoris autē Romani præminentia peculiariter non semel gravissimè S.S. scriptura intonat, hoc supra omnes Reges speciale & sublimè ipsi tribuendo, ut in mandato Christi: Da te Cæsari, quæ sunt Cæsar, & Deo, quæ sunt Dei, etiā ipsis Regibus, principibusq; obedientiā Imperatori, tanquā principū principi, Regumq; & universi terrarū orbis Domino non minus præstans, recommendarit, quam altero istius mandati membro (nimirum ut Deo darent, quæ Dei) non populum tantum communem, sed universè omnes mundi potentates obligavit.

19

15

20

25

30

Addo: De cuius jure superioritatis in totum, & universum mundum sacro sancta Scriptura non modò testatur, verum etiā cuius act^o ex isto jure exercitos approbat, hunc pro rege Regum, Dominoq; mundi, & omnium supremo agnoscit,

Atqui de jure superioritatis Imperioriæ universalis in totum terrarum orbem, testatur Lucas Evangelista cap. 2. vers. 1. adiutoriisq; jurisdictionales vi isti^o superioritatis ab Imperatore exercitos approbavit Christus Matth. 18. dum Cæsari censum dandum respondit, cuius impositio ex sublimi superioritatis jure promanavit. Ergo S.S. Scriptura Imperatorem pro Domino mundi, Regum Rege, & omnium supremo agnoscit atq; adeò omnes eidem Reges longiori intervallo postponit. Hinc Agapetus ad Justinianum Imperatorem: Honore quolibet sublimiore cum habeas dignitatē, O Imperator, honora super omnes, qui te hoc dignat^o est, & canum, qui adversus ipsam rabiunt, insectare latratus, &c. Quid de quatuor Monarchijs, & Monarchiarū Imperatoribus in medium producam? Nisi cum impudenti tuo Bodino in meth. hist. cap. 7. & lib. 4. de Republ. cap. 2. iudaizare, & per quatuor bestias

apud

apud Danielem cap. 2. & 7. Medos, Persas, Græcos, & Parthos, quatenus Babylonem subegerint, accipere malueris, fateberis, scio, Imperatori ipso divini Prophetæ oraculo tantò magis summum Majestatis humanæ fastigium designatum, quo minus de vaticinij istius interpretatione à sanctissimis Patribus concepta dubitandum. Ceterum ne huic Bodinianæ liti me intricem, trutinemus, num altero, nimirum JURIS GENTIUM aut CONSUE-TUDINIS titulo firma hæc tua æ qualitatis sit machina. Ab inductione contra te agam, ut veritas eruatur:

Imperatores præferuntur Regibus Galliæ 1. in Concilijs, quod cum pluribus exemplis, tum propria legatorum Caroli Regis Galliæ confessione comprobatur, qua in concilio Tridentino anno 1563. Cæsariorum oratori primas deberi ultrò largiti sunt. *Coldast. Constit. Imper. tom. 3. pag. 572.* Imo tu ipse lib. 1. cap. 4. pag. 175. Imperatores in Concilijs præsidere hisce formalibus deducis: *L'Empereur Constantin presida au concile de Nicene l'an. 325. Theodoſe à celuy de Constantinopole l'an. 383. Martian à celuy de Calcedoine l'an. 454. Charlemagne à celuy de Franckfort. l'an 794. &c.* Præferuntur 2. in Curia Pontificis, quod & experientia testatur, & ipse concedis dū d. lib. 2. cap. 1. pag. 2. Imperatores primarias Ecclesiæ columnas esse testaris. Vide ordinem Regum sub finem hujus capitinis relatrum. Nec minus præferuntur 3. in Germania, 4. in Hispania, 5. in Polonia, 6. in Dania, 7. in Turcia, nec dissimile potest dari exemplum: Ergo jure Gentium Imperator Rege Galliæ superior est.

Turca Legatos Cæsariorum prærogativam honoris contra alios ad se missos Oratores vindicare non illubenter patitur *Leuncia. in supplement. Annal. Ottom.* & extat formula, qua in scribendo usus est barbarus: In fide JESU NAZARENI inter ceteros principes Christianorum summo Bertram. *de comit. membr. 1. n. 16.* Quā reputationem in aula Tyranni ipse Heinricus secundus Galliæ Rex (absit injuria dictis) tantò magis stabilivit, quantò demissius respectum regium sequenti juramento mutilasse perhibetur: Juro, & promitto, me quicquid compperi, vel comperturus sum, omnium

buga

omnium summo Sultan, Turcarum Imperatori notificaturum,
cujus regnum Deus stabilitat: Amicorum ipsius Amicus, hostium
verò hostis ero. &c. Arum. discr. Acad. volum. 3. discurs. 5. th. 20. Vi-
de de foedere Franco-Turcico Pontificis Pij quinti judicium apud
Franciscum Longum Cariolanum, in Breviar. Chronolog. anno 1571.
& ea, quæ refert Antiputeanus sublit. I. pag. 101. & seq. quæ tamen
occasione calami mei ab æquo Lectore neutiquam ad Christiani-
nissimam domum Borboniam extendantur, sed sepulta cum de-
functis quiescant, quicquid in contrariū inter iplos Gallos non
nulli asserant. Vid. la lettre du Pere Chanteloune aux nouvelles Cham-
bres de justit: escrive, l' an. 1632. pag. 19.

Si ulterius in JURIS CIVILIS cāmpum procedamus, Ha-
CASSANE, quò nunc se proripit ista tua dignitatis paritas? Ibi de-
prehendes, loco Regum in Gallia olim Imperatorum vicarios, &
ministros fuisse vid. leg. spadonem 15. §. fin. D. de excus. tut. nusquam 15
verò Regibus Galliæ Imperatoriam sublimitatem tributam re-
perias. Non Galliæ Rex, sed Imperator est, quem leges, & eastram
Interpretes Dominum Orientis, occidentis, meridiei, & septen-
trionis appellant. I. deprecatio D. ad leg. Rhod. de jact. I. benè à Zenone
C. de quad. prescript. Nov. 105. vid. Bald. conf. 359. lib. 3. Qui inter Prin-
cipes mundi (NB.) maximè res fulget. I. pen. & ibi Bald. C. de bon. que
lib. tanquam sanctissimus, nobilissimus I. queris. de Natal. restit. &
CHRISTIANISSIMUS I. inter claros C. de summ. Trin. Chassan. in Catal.
gl. mund. part. 5. conf. 27.

Hinc confunditur tua in Bartholom magnum istum legi-
stam, uti & in Alciatum invectiva, qua pag. 23. tantos viros præ-
gravasti, ac si favore, muneribusq; corrupti alter Imperatorem
Galliæ Dominum, alter eundem Mundi Monarcham appellas-
set. Quid, quæso, uterq; tam Bartholus, quam Alciatus de Im-
peratore locuti sunt, quod fundamento legum haud nitatur?
quas si transgressi non sunt, non tam in illos, quam in Ulpianum,
Papinianum, Scævolam, & Julianum isthæc tua redundat in
juria.

Hoc est in quoque musli mīlī Tu

coo

Tu verò, CASSANE, ad probandam tuam toties iteratam dignitatis Imperatorio - Regiæ æqualitatem pauperum Doctorum more innocentem Baldum pag. 22. in testimoniu producis, ibiq; iterum jus superioritatis, cum jure, ac statu dignitatis turbidè commisces : Baldum enim hoc saltem velle, Regem Galliæ à jure superioritatis, & Jurisdictionis Imperatoriæ exemptum, nequaquam autem Cæsari dignitate parem esse, in confusionem falsitatem manifestè commissi æqui boniq; consule, quæ paucis ex eodem allegabo : Consil. 359. lib. 3. Imperatorem nominat orientis, occidentis, meridiei, & septentrionis Dominum. In lege pen. Cod. de bon. quæ lib. idem Baldus, Imperatorem inter principes mundi maximè refulgere, imo tanquam Corporalem mundi Deum super omnes, tanquam stellam matutinam in medio nebulae meridionalis eminere afferit, Consil. 238. lib. 1. & consil. 300. lib. ult. Ergò, ipso Baldo teste, Imperator Rege Galliæ est superior.

At pag. 22. inquis: Celebris quidam Author ad probandam illam similitudinem recenset, Carolum septimum, cùm apud Imperatorem ageret, pari cum ipso passu ambulasse, neutro eorum vel præcedente, vel subsequentे.

Pudet te forsitan Authoris, quod ejus nomen non apposatum suppresseris. Qualis obsecro, hæc connexio: Carolus Galliæ Rex ad Imperatorem profectus hoc civilitatis, honorisq; testimonio exceptus est, ut non à tergo, tanquam pedissequus, sed Imperatorem à latere concomitans incesserit: Ergò Imperator, & Rex Galliæ dignitate sunt æquales? An nescis honorem esse dantis, non accipientis, & multa hospiti morum civitate dari, quæ nec statim uni jus dignitatis ac status augeant, nec competenti alterius prærogativæ quicquam detrectent. Exemplum aves? dabo ex proprio vestro Mercurio, qui tomo 9. hist. an 1623. pag. mibi 479. de Caroli Walliæ principis, Jacobi Regis Angliæ filij itinere Hispanico inter alia hæc refert: Sa majesté (le Roy d' Espagne) menant le prince à sa main droite, de laquelle le prince se vouloit esloigner, mais le Roy ne le permit, &c. Hic vides, CASSANE, juvenem istum principem à Rege Hispaniæ superiori ad dextram loco

locum collocatum, honoratione quidem tunc primum; non tam ideo honore status ac dignitatis Regi fuisse minus secundū. Sicuti Boerius dec. 153. n. 37. ex Card. Zabarell. pulcrè, & verè scribit: Verba ad complacentiam seruiunt de vento, ita ejusmodi actus nil juris operantur, cum verba honoris, aut curialitatis (palabras de cumplimiento) nil obligent, nil alterent, nil mutent. Zoannet. de Rom. Imper. n. 77. Vietor de exempt. Imp. concl. 37. nec actus urbanitatis plus præjudicij pareant, quam si quis in Comœdia aliud quendam Regem, ac Dominum suum appellat, cui ipse, finito lusu, imperet.

Titulum Regium ab Imperatore Romano-Germano Petrus Daniae Rex, fatente Bodino tuo, obtinuit. Boleslaus Chabri ab Ottone tertio Imperatore Poloniae Rex renunciatus est. Regium nomen Cosmo Hetruriæ Duci Maximilianus secundus denegavit. Quid igitur multis? annon regiam Cæsar excellat dignitatem, qui de ea vel alijs conferenda vel deneganda pro libitu, & summa potestate disponit? Coronidis loco videndum tibi expono ordinem Regum anno Domini 1504. sub Pontifice Julio 2. & ejus Magistro Ceremoniarum Paride de Grassis Bononiensi observatum:

ORDO REGUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Imperator. | 8. Rex Siciliæ discors cum Regge Portugalliae |
| 2. Rex Romanorum. | 9. Rex Scotiæ |
| 3. Rex Franciæ | 10. Rex Hungariae inter se di- |
| 4. Rex Hispaniæ | 11. Rex Navarræ scordes |
| 5. Rex Arragoniæ | 12. Rex Cypri |
| 6. Rex Portugalliae | 13. Rex Bohemiæ |
| 7. Rex Angliæ discors cum tribus prædictis. | 14. Rex Poloniæ &c. Refert |

Mercure François. hist. tom. 10. an. 1624. feuil. 337.
30
Omitto plura, cum ex his perspicuum sit, quam aliorum non modo judicijs, verum etiam proprijs tuis allegationibus columnas prætensæ dignitatis succidentibus, ea collabescant, quæ

59
tam audacter effudisti, quibus suæ ruinæ relictis, periculum faciamus, an obvius novus error itidem possit emendari?

ERROR CASSANI DECIMUS.

Sic scribis, CASSANE, lib. 2. cap. 1. pag. 26. On voit au thresor de France 48. tractes faicts entre le Roy Philippe de Valois, Jean, Charles s. 6. 7. & Louis 11. & les Electeurs de l' Empire tant deç, que de la le Rhin, & avec plusieurs autres princes d' Allemagne, par lesquells ils se advovent vassaulx, & hommes liges des Roys de France (Paulo post) Les uns se nomment conseillers, les autres pensionnaires, & tous se recognoissent vassaulx, & hommes liges de ceste couronne, hormis l' Archevesque de Treves, Electeur de l' Empire, qui ne se nomme, que confedere.

Sensus hic est: In archivo Gallico reperiuntur 48. tractatus, qui inter Regem Philippum Valesium, Johannem, Carolum 5. 6. 7. & Ludovicum XI., & Electores Imperij eam cis, quam ultra Rhenum, aliosq; plures Imperij principes habiti sunt, in quibus illi vasallos sese ligios Regum Galliae fatentur: Quidam ex illis consiliarios, alijs pensionarios Regis se nominant; Omnes pro Vasallis ligijs hujus Coronæ sese agnoscunt, excepto Archiepiscopo Trevirensi, qui se confederatum saltē appellat.

REFUTATIO.

Licet manus nostræ oculatae sint, & credant, quod vident, tamen quo ad istos tractatus in archivo reservatos tecum actione ad exhibendum non agam.

Si mens tua hæc est, ut asseras Electores Vasallos ligios Regis Galliae unquam factos, manifestè contradico. Id verò dicere videris, quando ais: Tous se recognoissants vassaulx, & hommes liges de ceste Couronne: Nam si verba isthæc: Hommes liges, non pro vasallis ligijs, sed simpliciter pro vasallis usurpata dixeris, batto-

battologiam commisisti, cum vocabulum Vasalli voci hominis ligij præmiseris, nec idem eidem ad evitandum solecismum in loquendo, debuisses subjungere.

Hæc igitur tua opinio est, Electores Imperij sese Regibus Galliæ tanquam Vasallos ligios obstrinxisse. Verum eadem pag. 26. refers eos in juramento fidelitatis Imperatorem, & Regem Romanum excepisse, unde argumentor:

Illi Vasalli, qui in juramento Domino præstito alium excipiunt, verè, ac propriè non sunt Vasalli ligij; Feudum enim ligiū illud est, quo quis nemine excepto se Domino obstringit, Fen. 10 dist. in lib. 2. tit. 99. clem. pastoralis X. de sentent. & rejud.

Atqui dicis dict. loc. Electores in juramento Regibus Galliæ præstito diserté Imperatorem, & Regem Romanum excepiss. Ergo.

Deinde quæro, an Electores, unquam Reges Galliæ pro Dominis feudi recognoverint? Si negaveris, quare igitur generaliter de Electorum vasallagio, deq; juramento fidelitatis Regibus tuis sacrato gloriari? Sin affirmaveris, quæro ulterius, an isti tractatus, quibus se Gallis subjecerunt Electores, validi sint, an ipso iure nulli. Si irritos dixeris, salva res est: si validos; Ergò duo hæc probanda in te devolvis: Primo, quod Imperatoris consensus intervenerit, cum Vasallo non liceat, insalutato Domino, alteri se, eo modo, submittere, & obligare. Secundo, quod unquam à Regibus Galliæ de feudis Electoratum investiti sint? Dicere enim Electores Vasallos ligios Regis Galliæ esse, & nullum, ne minimum quidem investituræ Electoralis actum probare posse, absurdum est. Hæc duo, inquam, si probaveris, CASSANE,

eris mihi magnus Apollo.

Sin autem defeceris in probando, corruunt omnia, & singula, quæ tam audacter in Regum Galliæ reputationem, 30 de Ele-

de Electorum obsequio jacticasti; Tantum abest, ut illi se ullius
cujusdam Regis homines ligios unquam fuisse concedant, vel ad-
huc sele istorum potestati substernant, ut etiam in actibus Curiæ
Imperialis ne ipsi quidem Galliæ Regi cedant, sed eundem, si ad-
sist, præcedant: uti in aurea bullâ Carol. 4. ordinatum; unde apud
Fræherum fol. 150. & seq. legimus, Electores contra Ducem Bur-
gundiæ ob magnam potentiam, quod sexies Dux, quindecies Co-
mes esset, præcedentiam affectantem contendisse, se ne quidem
Regibus, si adessent, cedere oportere: Caroliq; 5. coronationi
Pontificius, & Anglicus Legatus interesse propterea noluerunt,
ne post pp. Electores ordinarentur, Hartm. Maur. de Coronat. Carol.
V. Sleidan. lib. 2. Buxtorff. in aur. bull. cap. 6. n. 84.

Tales igitur Vasalli, qui cum Regibus de dignitate concer-
tant, pro Domino feudi ligij non Regem, sed Regum Regem me-
rentur.

Hoc forsitan fieri potuit, ut Electorum nonnulli certam ar-
genti summam stipulati, vel castrum quoddam, aut oppidum,
nacti sint, cuius respectu Regis se pensionarios, forsitan etiam vasal-
los nominarint. At vasallis ligis præter feuda insuper pensiones
pro servitijs militaribus assignatas dicere, contradictionem im-
plicat, quum illi ipso jure, & natura feudi sine speciali pensionis
annua pacto Dominis suis re, & corpore servire obligati sint.

Proinde ex termino, quo Electorem Trevirensem usum-
ais, dum se confederatum Regis appellavit, declarationem pacti,
foederisq; inter Electores quosdam, & Reges Galliæ percussi de-
sumere, nec tam Vasallos ligios, quam confederatos Regis eos
nominare debebas: his enim pensiones annuas decernere novū,
& absurdum non est, prout Helvetiorum exemplum common-
strat, quibus Reges Galliæ certam argenti summam quotannis,
pacto foederis, olim exolvisse legimus: Cujus numerationem
etiam modernus Rex Ludovicus 13. eisdem per Legatum suum
Marchionem de Cœuures in diæta Anno 1624. habita offerri ju-
xit. Vide Orationem à dicto Legato recitatam apud Mercur. Fran-
cicum

cicum tom. 10. anno 1624. quæ ita incipit : Magnifiques Seigneurs, le Roy mon Maistre vostre meilleur ami, allié & confederé &c. m'a commandé touschant le payement de vos pensions &c pag. mihi 170. & 175.

Quod eadem pag. 26. de reliquis Imperij principibus contra Carolum V. cum Rege Galliæ in foedus condescendentibus commemoras, nihil ad rem facit, tūm quod eo ipso, dum proceres Germaniæ jus confœderandi cum regibus habere putas, eorum præ omnibus Europæ principibus præminentia sublimiter efferas, cùm quod ex ipsa protectione, quam adeo venditas, prorsus nihil in intentionem tuam, qua Regibus Franciæ jus aliquod in Imperium Romano-Germanicum quæritas, redundet.

Concedimus ultra quinquaginta foedera Germaniæ principum cum Franciis numerari posse, jurenè an injuria, recténe an se-cus percussa sint, alijs prolixius disceptent.

Quicquid sit, an putas, CASSANE, conjunctiones has ideo factas, ut alijs sese principes Germaniæ substernerent: falleris, non ut servirent, sed ne servirent, se Regibus Galliæ; alijsq; associarunt. Vid. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 9. n. 118. Nec tale foedus, nec protectione ullam jurisdictionem tribuit, c. ex parte tua c. recepimus. de privil. Gregor. Tholosan. de Republ. 11. c. 11n. 6. Victor de Exempt. Imp. concl. 20.

Neque superioris jurisdictioni quemquam eximit. Frider. lib. 2. de process. cap. 14. n. 4. & cap. 36. n. 6. aut priscam libertatem imminuit. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 9. n. 108. Natta consil. 301. num. 1.

Sic ipse Pontifex Romanus Francorum sese, aliorumq; ad vocatiæ, ac protectioni commisit, nulla tamen inde contracta. Regum superioritate, vel jurisdictione, quam in istos potius horribili nonnunquam comminationis fulmine, ac tonitru ipse vibrat.

Quæ licet ita se habeant, caveant tamen nonnulli principum consiliarioli, ne tempestate aliqua suborta statim in consilia extraneæ confoederationis, aut protectionis ruant, hæc quippe periculosa, & isthæc in Imperio prorsus prohibita est, adeo ut omnia

omnia foedera sine Imperatoris consensu à statibus Imperij sub quocunq; prætextu inita principium salutis publicæ infringant, & lapidem angularem legis fundamentalis subruant. Etenim in aurea bullæ Caroli quarti, cap. 15. manifestè expressum est, omnium etiam in bonum finem tendentium foederum declarationem Cæsari reservari; Uti etiam per textum, In handhabung des Land Frieden de anno 1495. rubr. Die Königliche Mayt soll keine Krieg anfahen/statutum est, quod Electores, principes, ac status Imperij sine scitu, & consensu annuae congregationis (cujus Cæsar caput est) nullum foedus, vel conjunctionem præsertim cum exteris potentatibus ferire debeant, quæ in præjudicium Imperij vergere queant.

Nec valet argumentum à contrario ductum, Ergo ista foedera, quæ in præjudicium Imperij non tendunt, sine Imperatoris consensu licita censerit. Omnia quippe foedera, quæ sine auctoritate Cæsaris fiunt, præsumptionem contra se habent, quod Imperio damnoſa, & illicita ſint. Buxtorff. in aur. bull. concl. 98. Farinac. pract. crim. t. 4. q. 113. n. 169. Unde conſequitur istam præſumptionem non aliunde, quam per Cæſaream declarationem elidi posſe, ut pote quam dicta lex fundamentalis Imperij diſertè requirit, d. cap. 15. Aur. Bull. d. text. de anno 1495.

Hinc approbationem UNIONIS, anno 1609. in Germania erectæ uniti principes adeo necessarium duxerunt, ut primipilus, & architectus istius conjunctionis Christianus princeps Anhaltinus ad Rudolphum Imperatorem, ipse ſe ſe contulerit, & consenſum ſub hac conditione impetrarit. Ihr Räys. May. wolten in die Union verwilligen/dafem es ſich anderſt berichteter massen darum verhielte/&c. hoc eſt, niſi lateret anguis in herba. Caroli quinti, & Ferdinandi primi tempore omnia foedera hinc inde contracta tum Cæſaris, tum Cameræ Imperialis examini ſubjeſta, quædam approbata, quædam damnata & rejeſta eſſe historiæ iſtius ſeculi referunt. Inter alia anno 1553. in Camera foedus inter Episcop.

Episcop. Wurtzburg. Bamberg. Civitatem Norimb. statusq; Franci Circuli adversus Marchionem Albertum initum pro licito judicatum fuit. Vid. Waremundum ab Erenberg de fæderib. lib. 2. cap. 2. f. 192.

Constantia Electorum M. ac C. nostro tempore meritò de-
prædicatur, quod cedere aliquantis per maluerint belli furijs quā
in foveam extraneæ confœderationis desilire, aut exemplo alio-
rum periculum protectionis potentioris subire. Nostri, inquit,
experientissimus Lipsius de Duce Alzenio, ævi calamitas sug-
gerit, multoties evenire, ut quos opis causa evocavimus, metua-
mus, adde Bodinum. s. de Republ. cap. 6. n. 515. Rogante aviculas
Cuculo, cur se fugerent? quia accipitrem te fore subyeremur, re-
sponderunt.

Protestor, me in nullius Dynastæ opprobrium quicquam
hic scribere, fateor enim quod non delirent Reges, dum alios in
protectionem recipiunt, occasionesq; rerum oblatas amplectun-
tur, sed illos cespitare puto, qui facile potentiorum patrocinium
implorant, cum optimorum etiam principum animi dominatio-
nis licentia abripiantur in pejus, & ex laudabili initio finis incli-
net. Plutarch. in Syll. & Pyrro. Tacitus 15. annal. sive enim aliorum
protectionem subeas, sive suscipias, conversio saltem, si non ever-
sio alterutrius à tergo est. Bodin. s. Reipubl. cap. 6. n. 587. Unde Gre-
gor. Tholosanus, primus post protectionem, ait, gradus invasio
est, lib. 11. de Rep. cap. 11. n. 6. Vietor. d. loc.

Accipitrem milvius pulsum bella columbae

Accipiunt Regem: Rex magis hoste nocet;
Incipiunt de Rege queri, quia sanius esset.

Milvi bella pati, quam sine Marte mori.

His obiter delibatis, restat, CASSANE, quod te moneam.
Confiteor sanè exiguum id esse, è re tamen tua est, ut corrigas, ne
videaris de Imperio Romano disserens præcipuas ejus historias,
principumq; familias ignorare.

Scribis pag. 26. dict. cap. Carolo V. oppressionem Germaniæ
machinanti opposuisse se, Heinrici 2. Francorum Regis auxilio,

Ducem Mauritium. Marchionem de Alberto (formalia sunt: Le Marquis d' Albert) & Landgravium Hassiæ.

Risi, cum id legerem. In historijs enim Marchio ille tam notus, & in Germania familia ipsius tam illustris est, ut quicunq; ejus ignorantiam prodit, temerarius nimis videatur, & insulsus, ut de rebus Imperij quicquam compilet. Non fuit ex familia Ducis vestri de Luynes, quem apud Gallicos scriptores Charle d' Albert dici video, nec fuit ex Albertorum nobili Florentiæ profapia, cuius meminit Jovius in Elogiis Viror. Illustr. pag. 63. Sed stirpem sanguinis incorrupti ad Electorum Marchionum Brandenburgensium decus retulit: Quare cum nomine proprio vocatus fuerit ALBERTUS, non Marchio de Alberto, tanquam ex dicta Albertorum gente oriundus, sed Albertus Marchio Brandebourgensis cum omnibus, quæ Iesus meminerunt, Chronicis vocari debebat; id quod alias, ad maiorem tibi polyhistoris fidem conciliandam observare poteris, ne ex somnio Scipionis potius quam rerum experientia loqui videaris. Jam ausulta, quid reliquum sit, ut in scenam producatur.

ERROR CASSANI UNDECIMUS.

Eodem lib. & cap. pag. 28. gloriaris hisce formalibus:
L' Empereur Charle 4. honora Charle 6. Dauphin de Viennois de la dignité de Vicaire general, & perpetuel de l' Empire l' an. 1378. le 13. Janvier. Il luy donna le benefice d' aage, avec la puissance de vie, & de mort sur tous les subjects de l' Empire &c.

Hoc est: Imperator Carolus Quartus honoravit Carolum sextum Viennæ Delphinum dignitate generalis, & perpetui Vicariatus Imperij, Anno 1378. 13. Januar. Veniam ipsi ætatis impertivit unâ cum vita necisque potestate in universos Imperij subditos.

REFU.

REFUTATIO.

Hæc omnia & singula mutuatus es à Bodino *i. de Republ. cap. 9.*
Hubi affirmat se privilegijs istius Imperatorij copiam habere.
Mutuatus es, inquam, hoc Vicariatus indultum ex Bodini rela-
tione, sed non sine liberalissimo glossæ, & ampliationis addita-
mento.

Bodinus ex dicta copia testatur, Carolo Delphino perpetu-
um Vicariatus honorem in regno Arelatensi tributum: Verba e-
jus in Gallica editione diserta hæc sunt: *Le Vicariat est pour tout le*
Royaume d'Arles. Quæ restrictio hinc ulterius probatur, quod
itidem Bodinus *d. loc.* refert, Sabaudiam à Vicariatu regni Arela-
tensis; nominatim fuisse exceptam. Olim quippe Sabaudia pro-
vincia pars erat regni Arelatensis: Unde perspicis, CASSANE quod
Bodinus ea, quæ tu satis liberaliter addidisti, non agnoscat, dum
exarchivo Regio sic refert: CAROLUS DELPHINUS perpetuus
Imperij Vicarius renunciatus, ipsiq; vitæ, ac mortis potestas in
subditos Imperij concessa est, quo usque sese extendit regnum A-
relatense, excepta Sabaudia.

CASSANI, verò thesis hæc est:

Imperator Carolus Quartus honoravit Carolum Sextum ²⁰
Delphinum dignitate generalis (hoc verbum affictum est) & per-
petui Vicariatus Imperij, eiq; vitæ ac necis potestatem in univer-
sos (hoc itidem affingitur) Imperij subditos concessit.

Cui jam credendum, an Bodino, perpetuum istum Vica-
riatum limitibus, ac subditis regni Arelatensis terminanti, an
CASSANO generaliter eum in omnes Imperij subditos diffun-
denti? ²⁵

Ego in Bodini castra transeo, non quod ipsius scripta pro Apol-
linis responsis habeam, Sed quia tam ex Juris, quam histori-
rum deductione opinionis CASSANIANÆ, temeritas diluci-
dare refellitur.

Generalis Vicariatus cum vita necisq; potestate in universos Imperij subditos nec à Carolo Quarto unquam Delphino concessus est, nec concedi potuit.

Primum apparet ex allegata à Bodino copia, ex archivio Regis desumpta, cuius tenor præter Regnum Arelatense nil continet, & ex aurea Bulla Caroli Imperatoris idem clarissimus effulget, in qua generalis Vicariatus Electori Palatino, & Saxonico manifeste attribuitur.

Secundum (scilicet quod Carolus Quartus tale privilegium Delphino Viennæ non potuerit conferre) tam ex eadem aurea Bulla, quam ex probatoriis historijs deducitur, quæ disertè testatur, quod longissimo ante auream Bullam tempore nullipræterquam Comiti Palatino, & Electori Saxonie generalis Imperij Vicariatus competierit : Ergo tantum abest, ut ipsis invitis tam nobile jus auferri potuerit, & Delphino Galliae concedi, ut etiam in dicta aurea Bulla à Carolo Quarto pro Palatino, & Saxone solemniter id confirmatum sit. Recte verò; Nam id non tantum suggerebat ratio in generalitate Vicariatus fundata, verum etiam Jus speciale Comiti Palatino in Regno Arelatensi competens requirebat, quo constitutum erat, ut quoties Imperator, vel Rex Romanus ultra montes Italiani ingrederetur, ipso absente, Vicariatus Imperij in Germania, Gallia, & Regno Arelatensi, ad Comitem Palatinum pertineret, ut in individuo comprobat juriū Palatinatus, & ejusdem archivi experientissimus Marquardus Freherus. lib. 1. de origin. palat. cap. 15. n. 54. Buxtorff in aur. Bull. Car. 4. cap. 5. n. 54.

Unde consequitur, si Palatinus sese opposuisset, Carolum Delphinum ne quidem in Regno Arelatensi particulari potuisse Vicariatus honore insigniri, tantum abest ut isthac Delphini privilegio memorati generalatus splendor Electori Palatino ademptus sit, quem hujus dignitatis tam accuratum semper fuisse, conservatorem narrant Historiographi, ut cum Carolus Quintus Ferdinandum fratrem Imperij Vicarium constituere vellet, id cum

eum consensu ejus facere admonitus sit, ipsiq; & Saxoni datis desuper reversalibus caverit, ipsorum id privilegio Vicariatus nullum præjudicium inferre debere. Reversales extant apud Goldast. tom. 2. const. Germ. inscripto Reichs Sachung p. 242.

Nullos igitur in Imperio Romano generales Vicarios præter Electorem Palatinum, & Ducem Saxoniæ, agnoscimus. Vide dict. aur. Bull. Caroli 4. cap. 5. Particulares plures admittimus. Sic perpetuos Imperij Vicarios in suis territorijs se gloriantur esse. Dux Mediolani, cui ab Adolpho Cæsare privilegium illud datum Carol. Sig. on. lib. 20. de regn. Ital. anno 1286 in fin. & à Carolo IV. confirmatum Cuspin. in Carol. 4. p. 384. Dux Mantuae Roland. à Valle de lucr. dot. q. 3. n. 13. & Montisferrati Scip. Gentil. de Jurisd. lib. 2. c. 9. Item Delphinus in Regno Arelatenſi. Bodin lib. 1. de Republ. cap. 9. Goldast. tom. 3. const. Imp. p. 421.

Et hi tanquam particulares Imperij Vicarij generali Vicariatus dignitati nihil derogant, utpote quos memoratorum in aurea Bulla Electorum substitutos potius, quam universales Imperij Vicarios dixerim, ideo ab Imperatoribus ordinatos, ut essent, qui tam latè extensi generalis Vicariatus onera allevarent, eaque, accepto præmij loco, tam insignis, multisq; privilegijs nobilitati tituli honore, leviora redderent.

Sic olim in prisco Romanorum Imperio diversos Vicarios fuisse legitur, & quidem quatuor in Oriente: l. fin. C. de divers. off. puta in Thracia d. l. fin. Novel. 26. Ponto d. leg fin. qui fuit sublatus in Novell. 8. cap. 3. restitutus vero in Edicto 8. Justin. Buxtorff in aur. bull. Carol. 4. cap. 5. n. 52. Asia, & Macedonia d. l. fin. Septem fuerunt in Occidente secundum Pancirol. in not. utr. Imp. lib. 2. cap. 48. Ut Romæ, in Italia, Illyrico, Africa, Hispania, Gallia, & Britannia vid. Pancirol. d. lib. 2. c. 68. Tholosan. lib. 5. Synt. agm. cap. 7. n. 27. Vide etiam de Vicario in Gallia l. spadonem 15. §. fin. D. de excus. tutor.

Verum ut omnes isti non ideo dicebantur Vicarij, quod immediate ipsius Imperatoris vices gererent, sed quia præfecto prætorio erant substituti. l. 1. §. a. præfectis 4. D. de legat. 3. l. 1. C. de offic.

Vic. l. quamvis C. de jur. & fact. ignor. l. i. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.
 Ita lapsu temporis, quo Comes Palatij, sive Palatinus in aula Cæsaris dignitatem præfecti Prætorio, & teste aurea Bullæ Caroli Quarti, universalem totius Imperij Vicariatum obtinuit, supra nominati principes tanquam particulares Imperij Vicarij, isti ut Generali subordinati sunt: Solus Elector Saxonie in hoc honori fastigio speciali aureæ Bullæ decreto confirmatus Electori Palatino æquiparari meretur. De utriusq; officio, & qualitate expressus te aureæ Bullæ textus informabit, ad quem recurras pecto, nec mireris, quod tām subitanea metamorphosi, generalis tua Imperij Vicariatus prætensio in particularem substiututi administrationem conversa sit.

Hic est, CASSANE, Imperij Romano-Germanici status, hoc Jus, hæc Majestas, quam si diligenter consideraveris, non tam alijs eam Regibus vendicabis, quām dignam censem. cui omnes totius orbis terrarum principes pareant in pristinum obedienciam splendorem reduci. Imperatorie enim sublimitati subesse nullius dignitatem obfuscatur, utpote à qua pleriq; Reges, ac principes eam adepti sunt.

20 Senium tandem exuet Aquila, concisasq; pennas recuperabit, prout de Pannoniae regno Imperio rursus coadunando à Cæsare publicè postularunt principes Reces. Imp. an. 66. §. ubi vortiges &c. Vietor de caus. exempt. Imp. concl. 28. Cujus recuperationis ratio, vah, ad quot & quanta pertingit eximentium dominia!

25 Vale, CASSANE, hominiq; ignosce tui, Germana fide, studi- osissimo: Nostri enim, quod teste Augustino Epist. 66. nihil pejus sit, quām libertas ERRORIS.

Unius summa JEHOVAE!




Actum anno 12. dicitur & factum est in Cœliano. Dicitur
Actum anno 12. scilicet quod Lectoris tamq[ue] Patrum in ecclesiastice
carissimam dignitatem prefecisti Doctorio. Et deinde iuxta Bullam gratiarum
etetro universitatem concupisci Vindobonam. Et cum tunc
noua etiam eiusdem signaturae particulariter invenimus quod
Generalium ad diuersos locos. Vnde hanc sententiam habemus
de officiis generalibus. Secundum Bullam generalis communis Ecclesie
Palermitana sequitur. Et hoc est sententia. Quod ut ipsi sententia
est. Quia ita auctor Bullæ regum informavit. ad eum. quod certe
perfecto collecto. non tam libidine. sed etiam p[ro]sternone
voluntate. Vicariatus pro ecclesiis in particularium subiectorum ad
ministracionem coaverse sit.

Hic est CASSANUS imperij Romano-Germanicorum. Ante
Illi vero maiestas. quam si diligentes confidirentur. admodum
alium in legibus venticibus. quoniam dignam erat alios. cui omnes
comitibus terrarum percepisse. et eis in peccatis non obedienti
victi. videntur reprobari. Imperator vero cuius fiduciam habebat.
in primis de generis et cibis. brulacutus est que plerique Reges. et primi
capites excedunt.

Sed hinc carcerem exuerat Aquila. conciliisque per nos regis recensibili
prout de Pannonia regno Imperio rufis. coadunando. Et Celsus
publice postularat. recipiops Recellus. sap. an. 12. s. ubi recesserat.
Lector de cuius etiam est actus. anci. 12. Cum tamen concilio
ab aliis ut se deinceps regni etiam etiam. et illas distinxerit.

Vix Cassanus. recensiq[ue] ignoscere. Germani fidei. et
filiorum nostrorum. quod tunc Augustine. et alii. et milii. et quis
et quam liberas. ER. R. O. K. I.

Unius semina JEHOVAD



eum consensu ejus facere admonitus sit, desuper reversalibus caverit, ipsorum id nullum præjudicium inferre debere. R. Goldast. tom. 2. const. Germ. inscripto Reichs So-

Nullos igitur in Imperio Romano ge- ter Electorem Palatinum, & Ducem Saxon dict. aur. Bull. Caroli 4. cap. 5. Particulares p- perpetuos Imperij Vicarios in suis territor Dux Mediolani, cui ab Adolpho Cæsare pri Carol. Sig. on. lib. 20. de regn. Ital. anno 1286 in- firmatum Cuspin. in Carol. 4. p. 384. Dux N de lucr. dot. q. 3. n. 13. & Montisferrati Scip. G Item Delphinus in Regno Arelatensi. Bod. Goldast. tom. 3. const. Imp. p. 421.

Et hi tanquam particulares Imperij Vi- tus dignitati nihil derogant, utpote quos i- rea Bulla Electorum substitutos potius, qui- rij Vicarios dixerim, ideo ab Imperatoribus qui tam latè extensi generalis Vicariatus on- accepto præmij loco, tam insignis, multisq- tituli honore, leviora redderent.

Sic olim in prisco Romanorum Impe- fuisse legitur, & quidem quatuor in Oriente puta in Thracia d. l. fin. Novel. 26. Ponto d. leg. Novell. 8. cap. 3. restitutus vero in Edicto 8. bull. Carol. 4. cap. 5. n. 52. Asia, & Macedonie runt in Occidente secundum Pancirol. in m. Ut Romæ, in Italia, Illyrico, Africa, Hispani- v. d. Pancirol. d. lib. 2. c. 68. Tholofan. lib. 6. Syntag- ami de Vicario in Gallia l. spadonem 15. §. fin.

Verum ut omnes isti non ideo dicebantur mediatè ipsius Imperatoris vices gererent, tamen erant substituti. I. i. §. à prefectis 4. D. a.



xoni datis
Vicariatus
tant apud
arios præ
nus. Vide
timus. Sic
ntur esse
ud datum
IV. con-
nd. à Valle
d. lib. 2. c. 9.
ubl. cap. 9.
li Vicaria-
um in au-
les Im-
pet essent,
nt; eaque,
nobilitati
divers. off.
ublatus in
off in aur.
ptem fue-
b. 2. cap. 48.
Britannia
. Vide eti-
tor.
quod im-
fecto præ-
C. de offic.
Vic.